

^z R. D.

CASPARIS
ZEPHYRINI


Artium liberalium
Magistri.

ELEGIARVM
LIBERI III.



DVSSELDORPII,
Excudebat Christophorus Ort.

M. DC, XXXII.



A D

VRBANVM
VIII. PONTIFICEM
Maximum.

TER Venerande Pater Sacrorum Maxi-
me Præful:

Successor Diui iure, locoque Petri:

Fas sit gratari mihi, & hanc optare salutem

Et minimo & digno vix grauitate tua.

Nomē, & omen habes ex vrbis sede suprema

Vnde ad te serie peruenit ordo sacra.

Pōtificale tuum Christi plebs omnis in orbe

Agnōscit semper, rite colitque pedum.

Agnoscat non nemo, præcor, hinc si quis ab-

errat,

Nec legem Fidei respuat vsq; sacra.

Si quid in his, hominum quod profit mori-

bus, extet,

Si desideris res quoq; digna bonis,

Si modo veriu etiã mores formãtur honesti

Hæc dignere tuo, quæso patrocínio.

Subdita cūcta tuæ sint hæc sãctissime Præful

Censuræ, arbitrio subdita cūcta tuo.

4.

PATER, FILIVS,
SPIRITVS SANCTVS DEVS
VNVS TRINVS.

Anagramma.

Tu n' ista vis vrens, clarens Spiritus, putus, fidus?
Deus loquitur.

VNVS DEVS TRINVS PATER
& FILIVS

Et SPIRITVS SANCTVS meam ipse
Ecclesiam

Firmabo, seruabo, regam perenniter.

In prosperis & tetricis: Ecclesia

O fide semper, nam Fides mea agitur hic.

Ecclesia respondet.

Tu nos malis potens leuare plurimis:

TVN ISTA VIS VRENS malos
perenniter,


Vbiq, tu CLARENS praesens, potes, & ens,

Tu SPIRITVS PVTVS reple per te
omnia?

Mentes Fide virtuteq, omnium reple

Tu nos bonis FIDVS beare maximis

LIBER



LIBER I.
ELEGIA I.

Speculum morale ad Laicum.

O Mundi quicumque viam deuia calcans
 Hinc atque hinc variis sollicitare modis,
 Si lapis, aduertas ad spiritualia mente:
 Quaq; potes cupida hæc si placet, aure bibe.
 Cætera cum tribuas perituris tempora rebus,
 Ne breue consilium spirituale fuge.
 Mire tibi ingenium placeat virtutis honestæ:
 Quo Diuûm ducit semita, spesque Poli.
 Non leuia hæc quasi sperne, lues vt merfa profundo
 Assolet, vt vitæ sic necis vsque comes.
 Disce prio placitura Deo, te digna nec vllos
 Offensura homines quærere rite bona.
 Te Deus ad cæli capiendas condidit arces:
 Cur tibi vis alium fingere stulte scopum?
 Nonne sui ad laudem Dominus te condidit almam?
 Cur vis mancipium Dæmonis esse feri?
 Mortifero te selle sciens non tingere velles:
 Cur animo scelerum dira venena bibis?
 In scelus haud rueres, si vilis homunculus astet.
 Aligeris coram nil metusque Deo?
 Arte vales forsan, non cognitione Tonantis:
 Quem tibi præsentem vix reputare soles.

Quando creatarum cernis miracula rerum,
 Sis memor hic quantus, quam validusque fiet.
 Res grauis est ciuem probris aspergere; Regem
 Sed grauior: tantum lædere quanta Deum?
 Radices egisset amor se Numinis altas
 Mente tua, non tam labilis illa foret.
 Fortior est verè fortè dilectio morte,
 Pro qua martyribus mors quoque ludus erat.
 Pondere non operum non pœna aut vincitur auro,
 Non amor alterius verus amore rei.
 Aggreditur, superatque minas patientia victrix
 Seu mortis, duri seu genus omne mali.
 At quid, vbi, quando, quantum timerasue vel ausis,
 Prospice: vult ausus, vult mediumque metus.
 Ne tibi sis hostis quando tibi iungis amicum,
 Gratiam in alterius non inimicus huic.
 Qua licet, atque decet, vtaris semper amicis.
 Infestos superos n̄ petis esse tibi.
 Sicut superi morum nobis exempla piorum.
 Si par brauium, par quoque vita iuuet.
 Viuamus Christo, vitium moriamur & orbi.
 Possimus ne, isti, quod potuere pii?
 Seu feris aduersus vitium certamina turpe,
 Siue Fides curæ Spes pia, sanctus amor,
 Circumdant superi te tutelaribus armis,
 Castrorum fida te Chorus ambit ope.
 In Numen sanctosque licet vesania Mundi
 Audeat, in nihilum visque, dolusque cadent.
 Et Domino, & Diuis blasphemiam demit honorem
 Siue opere, & verbis seu quoque mente truci.

Si tamen inuitæ obrepat blasphemia menti,
 Consensum solum tunc fore scito reum:
 Cuius & absentis signum est, tentamina menti
 Quando reluctanti displicuere tuæ.
 Si quoque luxuriæ tentatio pulset & iræ,
 Hæretis, inuidiæ motio praua premit,
 Spreta statim fugient precibus, rebusque vacantem,
 Vnicentem primam luxuriæque facem,
 Si quoque vitetur studium tot vana sciendi,
 Otia, delidia, aut fors alia ansæ mali.
 Visanimi requiem, fluctus iræ atque tumoris,
 Fel & hypocriseos comprime, frange, fuga.
 Exime te culpis leuioribus: atque Synaxin
 Paciferam puro pectore sæpe cape.
 Haud tibi commissæ contagia defuge fascis:
 Sit referente alio ceu peregrina tibi.
 Humani placidum ne rumpito fœdus amoris.
 Fide Deo: & credas te quo rite regi:
 Præmia cælorum perpende & dona Tonantis:
 Quæ mæstum crebrò cor releuare solent.
 Deliciæ carnis non spiritualia menti
 Gaudia permittunt. quid nisi namque lutum?
 Non nugis decet, at rebus gaudere supernis
 Materiam Nato suppeditante Dei:
 Qui celsis meminisse tui non desinit Astris:
 Descripsit manibus te quoque rite suis.
 Quique tuæ illapsus loquitur dulcissima menti,
 Atque per Aligeros recta ducesque tuos:
 Nil quæritque tuum nisi toto pectore amorem:
 Tempore qui nunquam dissoluendus erit:

Quique tuum ingrediens reparat sibi corpore corpus,
 Quaque licet complet conditione sui.
 Quo iungere magis, magis hoc reuereberis illum,
 Obsequiisque coles, sollicitisque modis,
 Quoque in eum largus fueris magis atq; profusus,
 Hoc plus donorum lætitiæ que feres :
 Si quid & omittes solius gratiam in eius
 Delicitiis, melius, plusque rependet ob hoc.
 Hoc igitur solo, non re confidito in vlla,
 Ni suspecta tibi cuncta timere velis.
 Cumque magis quo vis famulari tempore Christo,
 Obiciat plura hoc impedimenta Satan,
 Ne permittes, bonis non verbis ille fugatur :
 Dicendum Christi more: recede satan.
 Nec sola in factis dulcedine nitere mentis,
 Sed metire magis recta valore sui.
 Tam tibi peccatum procliue fugare fatendo
 Satanicum monstrum, quam spueri ore tuo.
 Cur dixisse pudet, quod non fecisse pudebat :
 An non hic oritur Dæmonis arte dolus?
 Qui captum rursus (nam & consuetudo retentat)
 Te furia sæuus deteriore premet:
 Aut finet, aut etiam sanctos stimulat adactus
 Dum vi sis captus, dum facilisque capi.
 Quicquid ages bene gratis ages, nisi gratia dignum
 Præstet amicitia muneribusque Dei.
 Hanc dulcis mentis comitatur paxque quiesque:
 Hanc per amata prius sint odiosa modo.
 Admittenda igitur grata solatia mente
 Dulcia, quæ supera mittit ab arce Deus.

Experimenta caue capias de Numinis alti
 Viribus hæc certa cuncta regentis ope.
 Nec tu perniciem reprobis, sed polce salutem
 A Domino: hoc magna Biblia laude vehunt.
 Mens tua sæpe pias res cogitet atque supernas.
 Promptior hinc semper mos repetitus erit.
 Cum pernix animi vis nunquam cesset agendo,
 Distineare bonis, ne capiare malis:
 Ne foueas, plantat quos Dæmon corde tumultus:
 Namque hinc sopitis postea fraude nocet.
 Virtutis veteri fit nulla molestiar mori.
 Nunc grauis, inde leuis postmodo dulcis erit.
 Vt mater primum terrens munuscula nato
 Mox dabit, omne Deus sic leue reddet onus.
 At studio quicumque leui virtutibus instat,
 Letifera turpat pectora sæpè lue.
 Qui tamen & Charitis forsan bona fecerit expers,
 Huic gradus ad Charitem promptior esse solet.
 Nam minus hic obstat posito minus obice magno,
 Quam qui vsu crebro more, modoque caret.
 Quo magis obdurat liuor, tumor, iraque mentem,
 Hoc fugienda magis sunt nocitura tibi.
 Cuncta decens morum virtutem firmat honestas,
 Promouet, & dignam dat magis esse Deo.
 Ne semel oblatam Metanæ spreueris ansam.
 Seria vix rarò post Metanæa venit.
 Non leuis hæc res est, quæ pro ratione malorum
 Examen vitæ non leue possit item.
 Quæ præstat magnam tibi rite peracta quietem,
 Spemq; Poli, ac opus vt non sit inane tuum.

At solatiolum ne tu venere fatendo:
 Sit studium iustum, præcipuumque fugæ.
 Nonne feris presso vitiis solet intusus angor
 Non paucos vitæ præcipitare dies?
 Ne Mundi assiduo vix inuenienda labore,
 Prompta sed inuentu Cælica quære bona.
 Non ea deliciis, vel honoribus alta petuntur,
 At sanctorum operum sedulitate pia.
 Præua relicturus, sumpturus pectore sancta
 Consilia attenti mente memento Dei.
 Ne te præcipitem mundana pericula tollant,
 Quando premunt Stygii sæpe memento rogi.
 Humani generis timor optimus ille magister
 Principium frugis nobilioris erit.
 Hic scelerum domitor, pietatis prouidus author,
 Virtutisque sator, tutor, & altor hic est.
 Huius, ceu seta filium traducitur, almus
 Sic Domini trahitur arte timoris amor.
 Quique dein statuit sincero in pectore sedem
 Non diuellendus, non perimendus eo,
 Quamuis concutitur diris per sæpe procellis,
 Distrahitur variis inque aliena modis,
 Donec ad optati traductus gaudia cæli,
 Si fuit hic sanus, perficiatur ibi.
 Certior ipse licet potiora charismata præbens
 Ducat ad obsequium Christus amore sui,
 Non minus ingenium tamen, excubiasque requirit,
 Conatusque, ac si sit sua dextra tenax:
 Et repetit frænus donorum grande suorum;
 Frænari vitium continuequè iubet.

At bona cur homines vix nunc ad cælica mentes
 Attollunt? credunt vix ea, vixque sciunt.
 Nam dum nil oculis capiunt nisi sensile, nulla
 De summis capiunt experimenta bonis,
 Qualia erant primis speculata parentibus, inque
 Munditia Angelicis Cælitus hausta modis.
 Nunquid ab excelsis dependent omnia causis,
 Adque creatorem mens redit ipsa suum?
 Quid magis abiectum, quam triste cadauer? at illud
 Mente recepta atra nobile surget humo.
 At vt in obscuro detentus & editus infans
 Vix Cæli speciem percipit atque soli,
 Quam tūc ille oculis tantum modo & auribus hausit,
 Sic animos hominum tot bona summa latent.
 Adde quod obæcat mentes caligine Dæmon,
 Et clarum infida sarripit arte iubar,
 Ergo fide in primis nec non ratione magistra
 Sensim duci animos ad bona summa decet:
 Quæ fatiant animos & sola perennia durant;
 In mediis Mundus sed sinit ipse bonis:
 Addit opes opibus & honoribus addit honores.
 Delicias addit deliciisque suis;
 Multaque cum teneat, tamen illis plura requirit:
 Et nunquam satis est, semper, at affer, ait.
 Scilicet haud gazæ fatiant honor atque voluptas:
 Mundi vsu teritur resque cadauca suo.
 Contemnenda igitur, tanto nec amanda furore;
 Quæ tibi sunt damni femina certa tui.
 Quis furor aduersus Domini luctarier iram,
 Nec meminisse datum, quod geris, omne tibi?

Nonne

Nonne tibi cum anima corpus donauit honestum?
 Nonne pedes binas non dedit ipse manus?
 Quis furor has contra Dominum sustollere, nutu
 Quem solo innumeros sternere posse scias?
 Quis furor ingratum venia desciscere capta,
 Offensamq; tibi congerere inde nouam?
 Siue sacerdoti vix dein porere iubenti,
 Cuius iudicio labe solutus abis?
 Quis pudor est veniæ poscendæ, operumque pudere,
 Offensamque hominum corde fouere tuo?
 Nec sceleri fecisse modum, sed inaniter illud
 Sectari vitæ tempus in omne tuæ?
 Quolibet in vitio transitur regula: vilis
 Præfertur summo resque creata Deo.
 Effrænem secreta manet sententia primi
 Iudicii, ob spretum publica deinde Deum.
 O vtinam hæc dum tempus habes, vitareque *fas est,*
 Prospiciens pellas fortiter omne scelus.
 Si quod at incautum maculauit, protinus illud
 Elue, nullam in te repperiatque moram.
 Proposuisse satis non est, nisi firmiter omni
 Propositum firmes continuesque die:
 Aut pœnam expecta violati sæpe Tonantis
 Horribilem extremam perniciemque tuam.
 Gratia subtrahitur sacra deficientibus, atque
 Cum donis alii cum meritisque datur.
 At si proficies, quamuis desertus ab omni,
 A Domino nunquam destituere Deo.
 Nec leue temne scelus: cuius contagia sternent
 Ad lethale viam, prolicientue nefas.

Est medicina piis sacræ communio Mensæ,
 (Profectus quamuis sæpe latere solet,
 Ne leuis obrepat cui gloria) subleuat autem
 Altius, à mundo cor reuocatque procul,
 Et tenerum reddit, peccataque praua relaxat,
 Donec profectus constet & inde sibi,
 Dum capti non iam mens conscia muneris absit
 Longius à vana laude, metuque mali.
 Si petitur quauis merces tibi grandis opella,
 Dirigito in laudem, quod facis, omne Dei.
 Omnibus in factis regat hæc intentio mentem.
 Si ruis, hac constat te caruisse face:
 Quæ vitiis, eheu, cunctis subuertitur, atque
 Si tibi, nil doctis fidis amice piis.
 Hæc facit, obrepat nunquam vt tibi somnus agentis:
 Hæc facit, vt studium non sit inane tuum.
 Hæc facit, vt placitæ postponas commoda fortis,
 Et laudes, vitæ deliciasque tuæ,
 Non quod mortifera est istorum intentio semper:
 At nocet & venia est sæpe petenda tibi:
 Vt dape si fruitus recreando nempe palato,
 Ignosci tibi mox supplice mente petes.
 Sit bene victuro prima atque potissima cura,
 Letifera vt purges corque pathosque lue,
 Proxima, progressus sanctis vt moribus edas,
 Tertia perfectum culmen vt inde petas.
 Non caro, non mundus, non Dæmon sæuus, at hostis
 Quilibet ipse sibi maximus esse solet.
 Illa licet varia cingant te indagine vbiq;
 Plus causæ de te quòd verearis, habes.

Tanti

Tanti est effrænes mores compescere posse,
 Atque voluntatem continuïsse suam.
 Destruere consilium mentis prauum prius: atque
 Abnue consensus, nam dein errat opus.
 Rumina, si sapiens, mox importuna rescinde,
 Ni vis te infidis illaqueare dolis.
 Si fueris fragilis, vitiis constante resiste
 Robore; nec vento cede repente leui.
 Ne tribuas Domino, quod consuetudo maligna
 Intulit: hæc nimium culpa proterua foret.
 Si vis astra tibi, minimè feriere: nimisque
 Præ reliquis noli tute placere tibi.
 An tibi seruire vis instar Numinis? an vis
 Nancisci donum viribus omne tuis?
 Non tuus vber ager fructus dabit, is nisi liber
 A loliis vegeto semine surgat humi.
 Num magnos corrupta dabunt tibi semina fructus?
 Num veniet segetum copia sponte sua?
 Tempus habes nondum damnatus viribus æquis
 Numinis, atque tuis vellere vim lolii.
 Nonne magis premitur quo palmæ pondere ramus,
 Rectius aduerso crescit ad astra gradu?
 Plurima per duros tibi sic superanda labores,
 Sic debes recto crescere ad astra statu.
 Fortis erat Diuûm quondam Victoria carnem
 Vincentum Satanam, seque feramque necem,
 Vincito lætitiâ, mærorem, spemque metumque.
 Quæ cæco, & vano turbine corda replent.
 Dum Ityx turbatam rationis detinet arcem,
 Vix bene prospicies certâ pericla luis.

Ne quid agens tantis turbere tumultibus vnquam :
 Ne dicas, ne quid præcipitanter agas.
 Sit tibi dux ratio non præuertenda furore :
 Eque potestate haud egrediare tua :
 Egressusque redi haud prætextu crimen adaugens :
 Tum quæ seduxit anſa, modusque, vide.
 Nec mora de medijs adhibendis conſule tecum,
 Quæ tali occurrunt tempore multa tibi,
 Tum quaſi deprenſus factò confunditur ipſo
 Dæmon, culpa magis diſplicet ipſa tibi.
 Da te exercitijs quoque ſpiritualibus, his vt
 Exacuas animum, fortificesque tuum.
 Quadrantem, mediã, totam aut meditere per horã
 Norma tibi hæc omni ſit repetenda die.
 Vna exercitum contentum tale ſit hora,
 Ne caput afflictes continuando nimis.
 Spes brauii alios, alios mage commouet horror
 Pænarum, quo ſunt præmeditata magis.
 Expendensne Poli per te pia gaudia, & horum
 Vim, numerum, aſtra, decus, lumina, tempus, opes
 Hæc poteris Mundi rebus præferre caducis,
 Quæ longè tantis inferiora bonis ?
 Si foris eſt rutuli facies tam ſplendida cæli.
 Nonne intrò gemmis clarius omne nitet,
 Gemmis, non quales oſtentat Mundus, & optat,
 Quas nihil ad cæli credimus eſſe iubar ?
 Cumque horum moueat magis admiratio, lauſque
 Diuinorum operum, magnificique Dei,
 Præſertim ſimiles per rerum cognita formas,
 Indages quam ſi ſingula mente ſagax

Inge-

Ingenium effingens hæc sæpe volubile certum
 Addat anhelanti calcar ad astra tibi.
 Sat seruare quidem, quod legum postulat vsus.
 Hæc omni potior cura sit atque labor.
 Non decet in templo se aris obuertere sacris,
 Et spectacula oculis hîc obiisse vagis:
 Hinc strepitus, visus, certamen abesto screatus,
 A foribus merces porticibusque suis:
 Fleste genu sed vtrumque, parum vel sistito fessus:
 Nec fessum, iubeat, ni mora longa cape.
 Quid iuuat externum, si non ceu Nomine coram
 Interius gestum rectificetur opus?
 Omnia quid prodest oculis aut mente notasse,
 Ni te ipsum noris, ni tua facta notes?
 Vnde animus tenebra? quia non aduertere suevit:
 Aut scelerum flammis impedimenta capit?
 Aut nisi se velet contemptu, inuaditur illis
 Infestis squamis siue sodalitiis.
 Pande oculos, sortemque tuam cognosce miselle
 Rumpes sodalitiis scœdera, pelle nefas,
 Luxuriæq; faces, & fumum defidis oti,
 Et factum, nimium quo tibi forte places.
 Quid fueris, quid sis, quid eris post tempora vitæ,
 Bis tecum voluas quolibet ista die.
 Ex felice miser fies, ex diuite pauper
 Forsan peiorem nec pecude esse vides.
 Naturæne suæ negat vsque superflua brutum?
 Te tamen ingluuic pascis amice nimis.
 Quam te virtutem tenuis conatus ad omnem,
 Quantum ad omne malum seruor & ardor agit?

Seu

Seu genere ipse nouo, rutiloue emblemate fulges
 Sic notus populo haud notus es ipse tibi.
 Ob leue quam subito, quam saepe irascere praestata,
 Vt fias notus pertolerando tibi.
 Te coaceruandi tot opes, citò dixerò labes
 Cura premit, ceu non sis tumulandus humi:
 Quamuis mortalem te dixeris, esse negabis.
 Tam securo mali credita vita tibi.
 Multis damna sui dedit, heu, inscitia, datque,
 Et dabit, at fructus notio certa sui.
 Dum non esse bonus curas, id hypocrisis esto,
 Apparere aliis dum tamen ipse cupis.
 Non etenim verbis fas est simulare vel actis,
 At crimen tegere, & conticuisse licet.
 Nec damnâris eum, seu sit bonus aut malus ille,
 Qui, quod conditio, mosque requirit, agit.
 Vt si veste sua Monachus procedat amictus,
 Festo Missæ adsit ille vel ille die,
 Ponat & hebdomadis singlis peccata fatendo,
 Tundat cor, oret flexus utroque genu,
 Quætecumque premunt aduersa, pericula terrent,
 Vnius potior sit vbi cura Dei.
 Nūquid enim, heu, onerū, grauiumq; sub orbe dolorū
 Præpalet insultus, copia caussa seges?
 Nunc sese tristis, nunc offert lætior aura:
 Quem formidatum non mouet acre malum?
 Ob confictum alius pallet formidine damnum,
 Aut vetus, aut quod non possit abire malum.
 Sit sit, quale velit, dum non sit noxia culpa:
 Dum toto hanc fugias corde fauente Deo.

Quin homo nunc illis, nunc his lætatur, & alter
 Diuersis, nec res omnibus vna placet.
 Vix vnum multis, non omnibus omnia quadrant
 Resque vacat damno condita nulla suo.
 Quam stupidi & fatui qui non sua munia præstant
 Ni repetita foret crebra ruina prius?
 Excitet ingenium si sensa volubile semper,
 Tunc ad plura aptum percipienda foret:
 Ast vt destituet currentem spiritus ardens,
 Sic festinantem te labor ipse premet.
 Obsequium Domino præstandum æquabile semper,
 Clara licet perdi fortè corona queat.
 Perdideritque licet Salomon, aut vnus & alter,
 Vnica non tempus veris hirundo facit,
 Nam puero, iuuenique senique exercita virtus
 Disponet metitis præmia digna suis.
 Testis amor Domini prompti donare coronam,
 Vincenti tibi si par modò perstet amor.
 Cælicolæ Dominusque tui ad spectacula perstant,
 Vt consolentur, promoueantque simul.
 Quantumcunque Deo dabis, haud æqualia reddes
 Cuius fonte tuum profluit omne bonum.
 Nonne tuis donis poterit ditescere tantus?
 Nonne ipsi vitii posse nocere putas?
 Si sed iners bona pauca, malus mala multa rependas
 Immemor accepti nonne videre boni?
 Dignus honore suo sit rector, dignus amore,
 Quo line plebs legem sæpius æqua fugit:
 Cum leges sit ferre Ducis, Prætoris at illas
 Exequier, pare promptus vtrique libens.

Mansuetus, patiens, demissus subditus esto:
 Rectorem maior vis, grauitasque decet
 Acrior & tumidis demissis mitior esto.
 Est dignus meriti quisque rigore iugi.
 More locis, qua fas alienis viue recepto:
 Inque alia cæcus, mutus & esto domo.
 Laudo tuus si aliis alibi se accommodat vsus
 Pacificè, si non criminis ansa tibi est.
 Neue fodalitium quodcunque incessito sacrum,
 Ne locus hæreticis detur acerba loqui.
 Non tua turpiloquis pateat domus atque probrosus,
 At fiet obsequiis dedita tota Dei.
 Non famulus violet, non natus festa, sed omne
 Turpe scelus fugiant, atque fodalitium:
 Filioli patrem, matrem comitentur ad Aedem
 Filiolæ, dedant se precibusque statim.
 Ut sis vitetur quiddam ob leue, muta sit vxor,
 Vir surdus, neuter nil crepet esse suum.
 Forma recens, vestisque ablit peregrina, statumque
 Ne pretio excedas siue decore tuum.
 Nec tibi, nec natis vestis sit forma superba:
 Fine caput modico filia quæque colat:
 Sitque viris coram gestuque, habituque modesta,
 Contineat sensus contineatque iocos.
 Vsque pudicitia custodia cetta sit alma,
 Hanc gemmis merito præposuisse decet,
 Nec quærat ludos, nec amet spectacula quæuis:
 Queis vtriusque abigat cura parentis eam,
 Dignus honos & amor debetur vbique parenti,
 Debitaque obsequii grataque norma pij,

Et miseri tutela status, promptumque leuamen
 In caput accersant ne mala dira sibi:
 Quiq; puer bibulus fuerit sociusque malorum,
 Probriloquus, mendax, turpis, inanis, iners,
 Comptulus, aleam amans, leuis, & furuculus, ægre,
 Vixque bonæ frugis, quando adolefcit, erit.
 Nam tenera his vitiiis nimium corrumpitur ætas,
 Et tandem sexus, heu vtriusque status.
 Hæc ætas vsu virgarum sæpe domanda,
 Non baculis, palmis, verberibusque feris:
 Sæpe caput tenerum tenerum tali male læditur ictu.
 Exemplo, & molli voce subinde rege.
 Promissis gaudent, adamant munuscula duris,
 Non nihil assuecant, rure datisque cibus.
 Subdanturque bonis rectoribus, atque magistris
 Exemplo, nec non sedulitate pari.
 Parcius ô iuuenis responsaq; tardius edas.
 Indomito similis linguane fertur equo?
 Sit famulus probitatis amans, pollentq; fidelis,
 Pacificusque foris, pacificusque domi.
 Facta premeus labro, reticensque domestica gesta.
 Obstreperi fastus nescius, atque soni,
 Sitque fide coniunctus hero, minimeque gulosus
 Iurator, dirus, luxuriosus, iners,
 Diuersi sexus nimius comes, atque susurro,
 Expers lioris, perfidiæque leuis.
 Nec modo respectum propter famulentur herilem:
 Sed Domino vt placeant per sua facta Deo.
 Nec tadæ celentur heros: sit mutua longè
 Sponsio: pigritiæ damna cauento putris.

Heu

Heu male quam regitur famulis domus absq; probatis

Quam mala pax, fidei fœdera ni qua ligent.

Pellatur reprobus quam nis sit filius: at si

Scandala prouenient, det modus alter opem.

Nil nisi qui iussus faciet, minus ille probandus,

Vel graue qui querulo gutture culpat onus:

Nectamen & famulus, ni pactum sic fuit ante,

Per diuersa nec & nocte grauandus erit:

Donatus mercede sua, donoque subinde,

Et suauī verbo promptior esse solet.

Si placide paret, ne vindex esto seuerus,

Estque sua ægroto debita cura domi.

Post abitum malis audire benignus, amansque

Quod similique suis instruat arte tuæ:

Namque tuo iussu bene lex percepta superna

In templis domui prospicis inde suæ.

Sis Cælestis heri memor, & ne viribus ægrum

Defere defectis, nec feritate tume:

Mox quoque testatus de eius probitate petentem

Dimittes: alii subtrahe neue suum.

Sæpeque seros mutare suos laudabile nunquam:

Quomodocunque decet, sustineatur onus.

Sint tibi perpauci, sed sibi semper amici:

Qui nec amicitias vtilitate probent.

Humanos nimium tibi ne conquire fauores:

Non homini cupias, sed placuisse Deo:

Dilige Rectorem bone, formidesque prophane.

Pæna malo, laus est conueniensque bono.

Quam decet inter se concordent fœdere iusti,

Vt sedet vindex pana pericla mali.

Nonne sodalitiū reprobæ est damnabile turbæ,
 Cum qua nulla afflat suauior aura poli?
 Nonne sodalitiū sancti est optabile cætus,
 Sæpe negata aliis dat cui dona Deus?
 Quid tibi cum laruis, ludisque quibuslibet, aut cum
 Ridiculis mimis, turpiculisque choris?
 Pertrahene quenquam trucis ad consortia noxæ,
 Et caue ad æquales cogere velle cyphos.
 Vt potes, effugium per honesta negotia, dicta,
 Consilia exquiras, quando grauare magis.
 Esto satis, modicos cum sex libaueris haustrus:
 Lædit honestatem plus satis & stomachum.
 Cuique suus cyphus, atque modestia constet edendi,
 Maturusque abitus, sobrietatque grauis.
 Nec bene amicitias colit vsque superfluus vsus:
 Nec bene queis vti conuenit hisce frui.
 Officiosus eris pro commoditate propinquo:
 Qua te vis, alios hac cole, amaque fide,
 Vtere diuitiis dispensatoris ad instar
 Non Domini paulò post cariturus eis.
 Quæcunque eueniunt, credas permittere Numena
 Nam bona proueniunt elicienda malis.
 Non mala, sed bona de cunctis tibi se lige rebus
 Instar apis, quæ sic mel studiosa legit:
 Si quid & offendit, si quid tibi displicet, id ne
 Mox carpas, pandas, deteriusque pares.
 Si tibi non nota est alienæ intentio mentis,
 Ne damna: aut aliquid crede subesse boni.
 Parcior esto aliis censendo durior in te:
 Non hominem probro, murmure læde Deum.
 Sunt

Sunt qui blasphemam nequeant compescere linguam

Ni sibi præfixo Iudice mane Deo.

Plurimane ex opibus dices sibi vincula neſtunt,

Vincula, quæ multos ad Stryga fraude trahunt?

Quis ſte ſtatu viuit contentus? pauper & ambit

Diues, at è cellis prona ruina locis.

Nec dare mercedem nec debita differ in annos.

Reddere iuſtitiaẽ eſt mox aliena ſua:

Accepiatque dati rationes confer in album,

Ne tandem detur fraudibus anſa malis.

Sitque tuæ pretium tolerabile mercis & artis:

Mensuras numeros, pondera iuſta dato.

Si tibi cum ſocio de rebus lis erit anceps,

De queis iudicii longa futura mora eſt:

Sumptibus vt parcas, componere præſtat vtrimque,

Parte aliqua vt iuris cedat vterque ſui.

Præcipiente Deo dent dices, dent & egeni,

Plurima nam referent reſtituente Deo.

O ſi præque feris venentur gaudia cæli.

Quæ vincunt pretium quodlibet atque bonum.

Dent ſemper dices, miſerum nullique repellant,

Seu nequeant, nolint ſeu dare, voce fera.

Dent læto, promptoq; animo, vultuque ſereno:

Namque licet modicum gratius illud erit.

Quis toties, & tot poſſit dare, forſitan inquis?

Siccine collaudas iam data dona prius?

Fors coram populo cupies celebrabilis eſſe:

Siccine mox merces perditur ampla Poli?

Obliuſcatur ſua munera qui dedit: & quod

Dextra pium facit, haud læua reſciſcat opus.

Sit memor assidue percepti muneris æget,
 Et pauper, ditis qui releuatus ope est.
 Scandalum vt appellant, quo pes offenditur, est sic
 Alterius crimen criminis ansa tui.
 Si quod in exemplum trahis: acceptumque vocatur:
 Si præbes alii dicitur esse datum.
 At male id acceptum Phariseo more, quod æquum,
 Atque bonum in partem verteris ipse malam:
 Vt site leuiter quis læserit ore, feroces
 Mox reuomas diras, terrirepasque minas:
 Aut si quis fuerit moderato lætior hauſtu,
 Idcirco te mox ebrietate premas.
 Dedecet æquiuocos sensus & promere verba:
 Namque simultates disidiumque creant.
 Dedecet & placidos litem ferere inter amicos,
 Et detrimenti semina certa grauis.
 Ira Deo vetita est tali quia ferueat intus,
 Qua vacuus nemo vulnera dira facit.
 Affectum ipse bonum tribuit Deus omnibus iræ,
 Qui sed abutenti pessimus esse solet.
 Est etenim officium duplex laudabilis iræ,
 Primò plectendum commonet esse malum.
 Matthatias, Phineesque duces hac vindice fræna
 Luxuriæ, & falsis imposuere Deis.
 Hanc si vsurpasset, non indulgentia mollis
 Cum natis misero fata dedisset Heli.
 Quæ quoque nunc multis nimium damnosa maritis,
 Et patribus tardis ad pia flagra nimis:
 Ast ad plectendum si te mouet ira placum,
 Exuperet ne te, neu regat ipsa, caue.

Ultra namque modum vehemens re exaggerat vitrix
 Exiguam; vel delator adauget eam.
 Hæc solet & tenebras offundere mentibus atras,
 Ut maior, quam sit, res videatur eis.
 Ergo coercenda est: nec mox hortamina cæcæ
 Billis adhortantis esse sequenda putes.
 Nam nisi eam ratione regas, excedere pæna
 Siue potestatem, siue modumque queas,
 Dum pænam meritis maiorem pendere, siue
 Dum iuris habita non ratione cupis.
 Ergo cum primum te conturbauerit acris,
 Siste parum, donec transeat atque sile,
 Praua sile, pariterque bonum: temere cui aperta,
 Sæpe solent multis ora patere malis,
 Ni longa fuerint prius illa coercita cura,
 Cura, quam mundus vix adhibere solet.
 Alterum at officium sibi vindicat ira satelles,
 Ut rationis ea est, sanguineumque pathos.
 Qua bene fretus homo pœnas merito irrogat acres,
 Ut virga natum corripit ipse pater.
 Hac Moses hominum quamuis mitissimus esset,
 Acceptas fregit monte Sina tabulas,
 Spernentemque Deum, & conficta idola colentem,
 Sæuiit in populum cæde feroce suum:
 Cælesti Helias Baalitas perdidit igni:
 Tuque vrsis pueros das Helytæ malos.
 Tentantemque salutis iter peruertere Sergi
 Priuaras Helyman lumine, paulle, magum.
 Nonne minax vultu in Phariseos, Christe, flagrisque
 In violatores AEdis acerbus eras?

Dum tamen exequeris paria his modus esto fremendi,

Estque intra metas ira tenenda suas:

Excipiat bona ne forsan malus exitus orsa,

Namque importuna est res & acerba nimis.

Fræna parans regno ius, ratioque tuo:

Quisque suo superire cupit, dare iusque sodali,

Nemo manus, omnes esse volunt oculi.

Disce igitur, Christum bilem laudasse nec omnem,

Nec vetuisse omnem, quæ ratione riget.

Est binis iniusta modis, nam qui comes ægræ

Naturæ est primus motus & ipse recens,

Quique voluntatis nec iussu aut prodiit ausu,

Nullius maculam contrahit ille luis.

Si tamen indulges, pauloque ferocius instas,

Aduertensque aliquas traxeris ipse moras,

Culpa erit hæc leuior, cuius grauitasque sit omnis

Libranda ex spacio vel breuitate moræ.

At si dein plenè consentit iniqua voluntas

In damnum, quo sit afficiendus homo,

At graue si quisquam lætatur hoc grauiter,

Indicat hæc grauibus Christus Deus omnia verbis,

Iraisci fratri queis vetat vsque suo.

Nec desiderium prohibet, quo fortè quis optet

Ordine legitimo plectier acre nefas:

Vel sibi subiectum dum vult constringere pæna:

Iniustum optari sed vetat omne malum.

Ergo caue, ne re fallax subuertat hic æstus,

Expugnetque animum calliditate sua,

Ne dum operis cessas sæueque à verbere pænae,

Pectore quoddam optes interiore malum:

Incautum quo te nil læso fratre trucidas:

Qui procul à pænis talibus esse potest.

Iudicio sed Christe reum cur dicis eundem?

Nonne hoc quo renes cordaque nota tibi?

Namque ad eò bilis tibi displicet intima, dignum

Iudicio vt statuat, quod subit acre reus:

Quamuis lethifera sæpe est non noxia labe,

Ad grauiora animum sed parat illa tuum.

Excæcatque animum, variæque est causa procellæ

Rixæ, odij, plagæ, verberis atq; probri.

Nec bene te excusas, quod præceptibile, vel ægri

Sis cerebri, toleres calcar & acre domi.

Hisne aliena modis reuocantur crimina ad auras?

Væ tibi, proficias ni reprimendo feram,

Ni reprimasque potis tot proficiendo per annos,

Quot schola virtutum te tenes alia Dei,

Nonne olim pænas heu Christo Iudice dignas

Perfolues longa vi rabieque tua?

Vitæne putas patientia quæritur ansa

Vt gula, vel præceps labe libido sua?

Aduerhis bilis subigenda est fortiter annis:

Palcendum Domini est auxiliumquetibi.

Firmiter & Domini statuas patienter amore,

Aut meritas vitiis pertolerare vices.

Vtque equus indomitus cursu haud retinetur in ipso,

Fræna sed ori eius sunt adhibenda prius:

Vt præuisa minus feriunt fera spicula stultum,

Impete sic caue ne vincat & ira suo.

At Racha, quid verbi est? num quod leuis euomit ira,
 Damnaque quod nulli fert metuenda nimis?
 Idque tamen peius verbum interiore fit ira,
 Illo supplicium deteriusque trahit,
 Quod neque letiferum saepe, vt neque bilis & ipsa,
 Irascendi optes ni mala damna mora.
 At sæuæ quis quæso reum putet esse Gehennæ,
 Qui fatuum fratrem dixerit esse suum?
 Christus at hoc dixit, quia compos & ipse salutis
 Esse queat frater, qui ratione caret?
 Culpa tamen minor est, quam si cui nomina inertis
 Bruti, vel fungi desidiosa dares.
 Qualia non porerunt cæli conuexa subire:
 His sed adhuc tua vox sæuior esse potest.
 Vt si quem vocites tumidum, furemque, ferumque,
 Crimina queis animi perniciofa notas.
 Quæ grauia & bilis sunt pro ratione latentis
 In latebra cordis interiore tui.
 Auribus ingesta hæc alienis mole grauescunt
 Opprobria, astanti sed mage dicta reo.
 Si quod præterea damnum aut mala fata preceris,
 Aut pestem, summum iam tenet ira gradum.
 Ast intenta tibi si sit correctio fratris,
 Acri fas vti voce subinde reor.
 Sic fecere pii. Sic Christus & ipse sepulchrum
 Albatum meritò te pharisæe vocat.
 Condonanda tibi est fraternæ iniuria bilis;
 Et placanda etiam qua rationes potes:
 Condonanda tibi est, quamuis nil læseris ipse:
 Placanda est, dulcis si monet illud amor.

Ni placaris enim, grauius, vel longius ira
 Infrendens fugiet longius omne bonum,
 Qui læsit primus, veniam prior ipse rogabit,
 Cui quoque tu veniam iure negare nequis.
 Ipsa locum tempusque occasio quæq; ministret.
 Linquendum haud semper, quod tibi restat opus.
 Astringit nullum lex mandans tempus ad omne,
 Obligat ast omni tempore, quando vetat.
 Altera pars hominum nimis est, heu, pectore laxa:
 Alteraq; angusta cor breuitate gerit.
 Pelle laues scrupos, qui vt plantam calculus vrit,
 Te vexant, sistunt vel pietatis iter,
 Quod magno tu animo sequeris studioque, placere
 Vt possis vitæ tempus in omne Deo.
 At profunt animum, qui tranquillare valebunt:
 Obstant qui turbant pectus opusque pii.
 Libertas laxis nimia est adimenda: trahendi
 Sunt & in oppositum, ne nocuisse queant,
 An non in medio virtus consistit amæna,
 Mens cadat, vt nulla laxa vel arcta via?
 Mens mundana prius falsis tibi rite placis
 Anxia: mundities tuta timore Dei est.
 Quid facere absque Deo possis perpende? nec hilum.
 Quin superum mores æquiparato tuis.
 Inuenies ne aliquid, quo fies proximus illis,
 Aut ad quod Domini non opus esset ope?
 Vtile sitque Deum dignè attenteque precari:
 Et seruare pios corda legendo libros.
 Iiicitum est dubium, cum pars tibi neutra probatur,
 Ambiguoq; hæres totus vtrimque gradu.

Scru.

Scrupulus est, si pars sese vna probabilis offert,
 Quæ falsa apparet sub ratione leui:
 Talia multa solent animos turbare piorum
 Inuitis fueris obueniuntque aliis.
 Vt prior effluxit si circumstantia quædam,
 Aut noua si apparet sub ratione noua,
 Cum queis sæpe tamen rectum consistere credo
 Iudicium, quod nunc dat locus, ordo, status.
 Anxiferis igitur, ni cæca pericula maui,
 Mox animum auertas quod potes ipse tuum
 Diuertatque alio. est tutum prudentis & vti
 Consilio: ars nutat propria sæpe sibi.
 Si comes anxietas orsis, præeatque vel orsa,
 Defere, ni peius deleruisse putes:
 Niue malum reputes aliud par, nam bene praxis
 Sic regit etti aliud mens speculando putet.
 Si tibi subrepat blasphemia & hæresis, ira,
 Siue libido animum præueniendo tuum,
 Si consensus abest, non est vt noxa timenda:
 Consensus solus nam reus esse potest:
 Consensus dubiusque dati haud rationibus instat
 Latrantem auerlus despice mente canem.
 Si tibi liuoris, subrepat motio signum
 Dissensus est, si displicet illa tibi.
 At per iter scelerum qui liberiore feruntur,
 Tramite, quos nullus terret agitque metus,
 Tartarei terrore rogi sistantur oportet
 Iustitiæ memores cunctipotentis heri,
 Qui vindex impune nefas non præterit vllum
 Arsurum Stygiis tempus in omne rogis

Crimine nec crimen cumulantibus astra daturus,
 Quod tanto constat rite labore piis.
 Hos cape adumbratos inconditoque, rudique
 Conceptu mores, si placuisse queunt.
 Adde quod & multis dimissa poësis ab annis
 Sæpe negat doctis auribus apta loqui,
 Adde quod humanæ nitendum est parius arti.
 Nam miseri & fragiles quam cumulemus opem?
 Fidendum Domino, cuius ope suaue fit omne,
 Et leue onus nostrum, quod graue pondus erat.
 Accipias animo, quæ sunt data, quæso benigno
 Sintque tibi fauco si potiora tenes.



ELE,

ELEGIA II.

Ad Sacerdotem.

O Quicumque sacris adscriptus viuis alumnis,
 Atque ministerio fungere Myſta ſacros
 Te decet & niueis præcellere moribus omnes,
 Artibus & dignis conditione tua.
 Cum tibi ſint animæ digniſſima portio mundi
 Ducendæ recto tramite ad aſtra Poli,
 Quo dignum affectu hoc, qua ſolicitudo munus,
 Quam pietate graui, quam grauitate pia!
 Si meritò cunctis reuocandus mentibus ille,
 Qui pius vnanimi corde vigeſcit amor,
 Quo teruente recens Eccleſia canduit igne,
 Quam Cleri præ aliis hunc decet ordo gerat!
 Viue ita, ne tibi, ne populo damnosa potestas
 Sit ſacra, ſed fructu proſit vtriſque ſuo.
 Quod latet, eſt leuius, grauius ſed crimen apertum,
 Vitandum cura quod grauiore tibi.
 Nec tibi nunc ſtudium vel opum, vel creſcat honorum,
 Siue voluptatum, quod minus ante fuit.
 Sit tibi præfixus labor, & tolerantia oportet,
 Nec fictus, factus finis, at eſto Deus,
 Neu diuerſo aliis videaris tendere fine,
 Virtutem veterum ſic imitere decet.
 Iudiciis vanis, nec amaris cede cachinnis,
 Blanditiis, probris, falſicrepisq; minis.

Mate-

Materiam litis remoue carpentia verba,
 Scandala queis patitur, queis tuus ordo probra.
 Cultu, humilique animo sit iuncta modestia semper:
 Sitque comæ fastus, segnitieque procul.
 Et caue, inassuetum ne te noua commoda fallant,
 Aut acri repleant asperitate nimis.
 Neue fodalitiis spretum auersere popellum,
 Cuius & ipse prius conditionis eras.
 Consuetudo hominum nimia aut parasitica vita,
 Suspicioque mali defugienda tibi.
 Fœmineos vitato dolos, & certa pericla:
 Lædere nil citius, nil grauiusque solet.
 Proque statu vestis cingat te longa decensque,
 Mundaque, nec vilis, nec pretiosa nimis.
 Ductaque ne census duplicent conuiuia in orbem,
 Frugalis mensæ lex erit atque modus.
 Mensa nefas priuata magis si fulgeat aris,
 Queis Deus offertur, sumitur & colitur,
 Tempa micent, aræq; animas quo vulgus auebit
 Ornare exemplo ceu sacra templa suas.
 Quanta ô mundities est Christi c orpore digna
 Gutturis, & manuum, & cordis habenda tibi &
 Quo consecratur, quo Numen sumitur ipsum,
 Tangitur, offertur & retinetur idem.
 Quam grandis, neque ficta decet demissio mentem,
 Omnibus indignum vt te magis esse putes,
 Terrigenis, Satanisque feris, qui labe vel vna
 Tartareos, eheu, commeruere rogos.
 Fecerat indignè Mysteria talia Mystes
 Bisque reluctantem sumperat ore Deum,

Ore Deum impuro pueri sub imagine visum:
 Corrigitur tanto nec tamen ille metu.
Dumque ausu repetit Myſteria prauus eodem,
 Sequè magis Dius retrahit ore puer,
Percitus à noxis absolui Præſulis optat
 Iudicio: & noxis ſacra ſolutus agit.
Hinc placidus ſumi ſe gaudet Ieſulus ore:
 Terque recuſatas reddidit ipſe dapes.
O vtinam tantis adſit pia cautio ſacris,
 Cautio digna Deo, digna ſalute tua!
O vtinam reliquis nunquam reuerentia deſit
 Digna ceræmoniis, officiis que ſacris.
Ni tibi vis & opem à Domino charitem que negari,
 Ne piùm agas tepidè, quod nimis odit, opus.
Ni tibi vis adimi Chriſti pia verba parentis,
 Cui ſummè in votis eſt tua vera ſalus,
Sæpe frequentanda eſt tibi concio mente ſequace,
 Plebis ad exemplum, certa que lucra tua.
Nonne magis geſtus que docet, vox que ipſa diſſert,
 Quam lecti, quales non quoque damno, libri?
Nonne olim Clero doctrina à præſtite crebrò,
 Nonne quoque aſperior pœna ferenda fuit?
Si quis in hoc numero canones rupiſſet, & abſens,
 Vel præſens rectè non ſuum obiſſet opus.
Quæ ſi per clauſtra, & collegia ſemper in vſu
 Duraiſſet. multis hinc foret orta ſalus.
Rectè eſſet, ſi quiſque ſua quoque præſes in æde
 Corrigat omne, velut lex ratio que iubent.
Cænobis equidem quondam ſapientia docta
 Floruit ad ſummos læpe petita gradus:

Quæque

Quæque à virtutis dicta Asceteria praxi:

Quo mundi nocuus vix penetraret amor.

Nunc etiam quicumque petes his ducere vitam,

Sit Diuina tibi gloria sola scopus.

Quod cuiusque loci non sola occasio præstat,

At disciplinæ sicubi norma viget.

Hic tibi mandantem Christi vice consona legi

Claustrali prompta suscipe mente Patrem.

Neue recusato iustis parere statutis.

His frænis animi mobilitas regitur.

Non te alia Christus regeret, si hîc viueret, artes

Quam placida, & multis fræna petita piis?

Regula præcipitem faciet neglecta ruinam,

Quæ bene perfectum reddere culta potest.

At de Præpositi si disceptatio iussis

Serperet, innumeris litibus ansa foret.

Iudicium capitis ceu cætera membra sequuntur,

Sic tua sic ipsi subdita sunt o tua.

Nil inuito ipso vel ages, vel habebis: ab illo

Pendeat officium, iudiciumque tuum,

Est dare, queis opus est, refecare superflua Patris,

Arctius arbitrii stringere vela tui.

Fortiter, & promptè, constanter, alacriter illud,

Quod verat, atque iubet perficere omne tuum est.

Cænoblo sexus fas est alienus vt absit,

Et quod in exemplum triste trahatur opus.

Nonne obsunt potius, quæ non prodesse videntur?

Nonne vsu mundi sollicitatur, amor?

Non decet abiectas hîc rursus quærere gazas:

Quæ remouenda forent impedimenta procul.

Mortuus es mundo, vestitus vt indicat ipse,
 Cur veteri rursus viuere more cupis?
 Religio ô vtinam renouetur pristina, qua nil
 Cultori vtilius gratius estque Deo:
 At te homines inter viuentem plura pericla
 Mysta manent, medio quisquis in orbe manca
 Nete pellacis vis auri, damnet & auræ,
 Atque dapum, fac ne sint scopus illa tuus.
 Grandis amor Domini est, minuit quæ gaza nec ingès
 Nec præ aliis quæ fors splendidiora dedit.
 Præstat is, obtento qui non seducitur auro,
 Quem calcare frequens æmula turba nequit.
 Laude nec euehitur, seseque potentior ipso
 Rector onus vulgi fert rudis, atque mali,
 Quem plena in mensa haud rapit illecebrosa voluptas,
 Quam cui vas valdè fictile forte placet.
 Si quodcunque sacros reslinguere tentet amores,
 Et rapuisse Polum, despice, tutus eris.
 Rerum amor, atque vsus referatur in ordine cæli
 Ad Dominum, norma quâ tenus esto bonus.
 Cognitione carens vigeat cum zelus inanis,
 Cognito zeloque incommitata pio,
 Sint tibi cum Sophia consortia mutua zeli.
 Temperet ac æstum mitior aura tuum.
 Vim cohibe in miseros nimiam, teque omnibus apta
 Naturæ memor ô labilis ipse tuæ.
 Quos tonitru pænæ tremefecerit acre prioris,
 Spes recreet veniæ, spesque salutis alat.
 Roboris haud tantum ratio, ast & amoris habenda.
 Firmant membra etiam debiliora iuuant

Vere ne nimium fluat ampla scientia cursu,
 Contrahe, neue obsit impete, sistat amor.
 Utque tibi, & populis nihil est damnosius ipsis,
 Propositum si non aggrediaris opus,
 Sic caue, ne fuerint præfagia certa ruina,
 Si subitò quæuis te leuis aura rapit.
 Sit collecta tibi sapientia prouida, mitis,
 Atque columbina simplicitate nitens,
 Quæ penset peragenda, animique instructa senarum
 Temperet & motus, & facienda regat.
 Inter iustitiæ quoque vim, prudentiæ & artem,
 Simplice eas veluti cauta columba gradu,
 Ne serpentino sensim mens tincta veneno
 Sit damnosa sibi, transiliatque modum.
 Absit enim imperiis alienis subditus audax
 Rectores temerè iudicet, atque regat,
 Consilia exquirat, sugillet & ore proteruo,
 Qui ius exequier debeat omne datum.
 Falx vlli messi non est adhibenda alienæ:
 Non bene sic iacto semine crescit ager.
 At lolium quia sponte sua succrescit vbique,
 Quis satis euitet, quisue satis refecer?
 Nonne operum sterilis passim iacet, ecce, bonorum
 Cultus & absque fide iam ferè hebescit ager?
 Si satis ars Parochis esset perspecta regendi,
 Purgatum implerent agmina fragis agrum,
 Multa foret messis, rarus ni operarius esset
 Fidus & exemplo, doctus & arte sua.
 Turpe, opifex & nauta suam si nouerit artem,
 Heu solum Myrtam munus obire rudem.

Officii ignorans nonne ignorabitur olim?
 Quid prodest, ni arti sit comes ipse labor?
 Aut si sudori succedat inertia paruo,
 Feruidulæque moræ longior inde tepor?
 A te suprema quidnam Deus exiget hora?
 An fastus, & opes, deliciasque leues?
 Nil horum. ast animas, aliis quas forte ministris
 Committens census colligis ipse tibi.
 An petet, externis vt te distraxeris? absit.
 Tradita Leuigenis vnica cura sacra est.
 Coniugia & merces, horumque negotia mundus
 Firmet, agatque. at opus perfice Mysta sacrum.
 Ne nimia, aut minima in libris sit cura, soporque
 Officium populis vtile sistat iners.
 Ne careas libris tibi conuenientibus, aptè
 Qui veram tractant cum pietate fidem.
 Nec tamen alta omnes peruoluere iura tenentur,
 Ni quos officii cogit, & vrget onus.
 Lecta reuolue tamen, ne sint frustranea pæne.
 Lectio lecta placet, sed repetita iuuat.
 Quamuis Theologicum Pelagus peragraueris, aucthor,
 Qui casus tractat, sæpe terendus erit.
 Si tamen interdum sententia vertitur anceps,
 Quam nescire nefas, & didicisse pium,
 Conueniant plures vno sub Præsidi docti,
 Queis dubii pars est discutienda tui.
 Namque ita collatis dapibus sacra fercula crescunt
 Et veri efficitur notior ipsa fides.
 Præpositi dubii partemque tuebitur vnus:
 Quamque argumentis tresue, duoue petent.
Denique

Denique, quæ visa est propior sententia vero,
 Expenso rerum pondere præses ait.
 Abstineas libris non utilitate probatis,
 Vnde nec euades cautior, aut melior,
 Quiue docent veritas artes, aut hæresin, aut qui
 Turpiloqui castum sollicitare queant.
 Est feruere parum sine lumine, fulgere vanum
 Absque animi flamma feruidiore tui.
 Ergo alils rector qui trades cælica, primæ
 Te instruat ætatis præuia cura frequens,
 Tuncque tua est validè tibi præfirmanda voluntas,
 Vt sit propositi tempus in omne tenax.
 Maior erit merces, melior quo intentio mentis,
 Quam decet, vt virtus vera sit, esse bonam,
 Maior consequitur maiora haud munia merces,
 Ni quoque maiori sedulitate geras.
 Quando præses, capienda alia est tibi regula vitæ
 Incessu, verbis, moribus, officiis.
 Demulcetis rudem morum dulcedine gentem:
 Nec semper verbis Stoicus esse velis.
 Dulcia erant quondam Bernardi verba monentis
 Ista rati humanis congruere ingeniis.
 Sit moderatus enim sit honestus sermo, grauisque
 Integer, & verax, flore decensque suo.
 Vilescas nimia ne consuetudine, rara
 Copia cernendi tunc foris esto tui.
 Præcipuo studio semper venerabere Numen:
 Solum optanda Deo gloria, nulla tibi.
 Non hic, sed cælo decet expectare laborum
 Præmia, quæ meritis conuenientque suis.

Fas siquidem quodcunque potēs dispendere gratis,
 Nec soli fructus accumulare tibi.
 An breuianda tuo te vita labore moratur?
 Fas, quod Christus auet, dulce necesse fiet.
 Defendenda putes caue consuetudine quæquam
 Crimina: peccantes post malefacta mone.
 Per te si qua nequis, alienum posce iuuamen,
 Quale solet tibi ius suppeditare sacrum.
 Trade rudi populo, quæ sunt accommoda capti:
 Atque alias alio tempore pande vias.
 Dirigat haud vnum, sed totam concio plebem
 De damno & scelerum pondere sæpe monens.
 Post commune scelus culpatum ad singula transi.
 Congruat affectu vox moderata suo.
 Sæpe magis plebem testis mala pectoris vrgent,
 Et præsens, quam quæ pæna remota Stygis.
 Sacra Catechesis prædocta ex more quotannis,
 Præuiaq; inculcet concio sæpe modum,
 Quem sua cum debent, teneant peccata fatentes,
 Quod nullo à Mysta sint retegenda modo,
 Utque retexatur primis confelsio ab annis,
 Tunc quoque quam grauior cura fatentis erit.
 Quantum operæ pretium doceatur vt ipsa iuuentus,
 Aures dogmatibus quæ dare prompta magis.
 Quam foret optandum, si, quod, proh, rarius, aptè
 Quisque fatens culpis exoneretur homo.
 Si quis adhæc facilis, non destituendus is, estque
 Durior obliqua rite inuandus ope,
 Voceque, ceu non sint hæc sic onerosa suau
 Mulcendus, nec mox abiiciendus erit.

Prom.

Promptior exemplis vnus cætera turba,
 AEquo animoque tui pertolerantis erit.
 Tu mitem præmonstra animum: tu vulnera cura:
 Tu misero Domini fer miserantis opem.
 Summa quidem solio clementia Numinis exit,
 Præsidis æqua tamen iustitia esto tui.
 Fas primò crimen minuisse fatentibus ægrè,
 Vt solitum, vt suasum fraude, doloque Stygia,
 (Fœmineus sexus metuit magis atque vacillat)
 Præsertim si qnem fæda libido grauat,
 Donec erit fasso pandendi tutius iram
 Quam meruit. Mystis mos, reor, ille bonis.
 Moxque reum tristem non quæstio terreat atrox?
 Vnde hoc? Siccine? cur te domus haud tenuit?
 Nec quærendo nefas, quidd non fecisse putetur,
 Eius acerbari cor ego triste velim.
 Nec scruteris opus turpe effutisse negantis.
 Nec postrema, nec hæc quæstio prima fiet.
 Si dubius fuerit, portansque pericula casus,
 Posce reum prote, consilioque moram
 Si commissa tacet, vel sponte fatebitur ægrè,
 Tun prius vt narret gesta monendus erit
 Quod quia rectorem temere ausus lædere cæli,
 Fas sit corda iterum subdere fassa nefas,
 Ille dolore vacat, firmo caret ille cauendi
 Proposito, filet hic, aut aliena tenet.
 Si parere negat, te excusa lege Tonantis,
 Et sacra officii conditione tui.
 Nec cuiquam inuitus munus videaris obire,
 Nec numero hoc hominum, ast vtilitate proba.

Præstat enim paucos bene, quam male soluere multos,
 Vrereque hîc v'cus, ne Strygis igne luat.
 Vt nemo lætus tristem solabitur ægrum,
 Sic, ni aliis te aptes, ars tua vana foret.
 Fas tibi cum pueris hîc est puerafcere rursum,
 Laxum scrupulosis esse subinde piis.
 Sis laxo rigidus, præfumentique feuerus.
 Turbata antidotum pectora iene petunt.
 Quam multos rectorum heu indulgentia damnat,
 Queis sat amicitia quærere inane bonum.
 Sis bonus & qualem meritò sors quærere debet,
 Qui vulnus curret, reliquiasque mali
 Atque ad te reuoces curandum hinc arte magistra.
 Factaque commoneas pandere sæpe sua.
 Namque superficie tenus haud obducere vulnus
 Profuerit, radix sit nisi vulsa mali.
 Deterret noto quosdam pudor acta fateri,
 Queis venia est aliis fas referare malum.
 Est alioqui opera consultius vnus vti,
 Cui vulnus mentis iam patet omne tuæ,
 Præfertim grauibus si conflictare piacis,
 Atque rudis medicus non sit in arte sua.
 Sincerè fassus, lætus it fasce soluto,
 Ni faciat, medico culpa ea danda suo.
 Debet at elabi nulli apta occasio Mystæ,
 Quæ, bene de quouis vt mereatur erit,
 Recta docere rudes, prauos ad iniqua pianda,
 Ad veram hæreticos sollicitare fidem,
 Hortari, vt natos vicini & quique propinqui
 Moribus informet, instituantq; bonis,

Paupè-

Pauperibus, miserisque pium præstare iuamen,
 Paceque discordes conciliare decet,
 Scandala nota palam prauosque euertere abusus,
 Si qua facultatem res, ratioque dabunt.
 Amplificetur honos omni ratione Tonantis,
 Atque salus hominum promoueatur ope.
 Admonet hoc magni grauis obtestatio Paulli,
 Intentæque pigris ob bona tecta minæ.
 Ne tuus extincto languescat spiritus igne,
 Ille piis libris sæpè fouendus erit:
 Quos lectos expende animo: aut meditare frequenter,
 Ferueat vt flammis mens tepesacta nouis.
 Nô ita Theiologia hoc Sophia hoc nô nudaq; præstat,
 Quamuis vtiliumq; arida cura operum,
 Sed virtutis opus repetitum sæpe, profectum
 Mente bona, & vera, nec simulante fide.
 Est contemplatrix satis apta reciproea vita
 Aetrici iungi conditione fui,
 Namque hæc humanos concepta profundit in vsus,
 Arte refertque ad se mutuus ordo pari.
 Quoque fui affectus cogatur sensa domare:
 Præcedat reliquum curaque talis opus.
 Crebraque cum passim sint spiritualia bella,
 Et scelerum sectæ multa pericla gerant,
 Est opus assiduo magis hîc hortamine linguæ,
 Eloquiique grauis feruidiore tuba.
 Turpe est hæretico non respondere procaci
 Posse, puer seu sit garrula seu sit anus,
 Qui malè sacrorum deprompta è fonte librorum
 Argumenta labro stulta feroce crepant.

Est vbi vis animi, officioque scientia digna
 Quaque redarguere hos, quaque docere queat
Præcipue sanctiste moribus imbue: nam sic
 Iudicio victos viceris ante suo.
Sis iustus, castus, gestuque habituque modestus
 Nec populi dete iusta querela sonet
Sit dulcis, sit largus amor, facitaque sequaces:
 Zelus ad hortandum robur habeto tuus.
Prodigere est sacros res iniustissima census,
 Qui templo dandi pauperibusue forent.
Nunquid & huic meritò stipendia lege neganda?
 Qui distracto animo fundit ab ore preces?
An varias curas ne mens distracta feratur,
 Se Domino dignè præparet ante preces.
Vtatur mundi rebus velut hospes, & exul:
 Queis animum Paulo præcipiente neget.
Sæpe reposcenda est ratio tibi pluribus à te
 Dictis, & gestis, quæ vaga corda parant.
Inque precis, psalmi vel sine recollige mentem.
 Seu flectendo caput siue plicando manus.
Nominibusque Dei affectum subiungito mentis
 Ut qui sit clemens, qui bonus atque potens.
Mentio dumque tui fit, sæpe memento prophani,
 Et miseri, & supera semper egentis opè.
Conuenit orantem promissis fidere Christi,
 Se vilem tanto subdere mente Deo,
Dilatisque bonis non defecisse petitis,
 Pergereque affectu seruidiore suo.
Publica pro populo tibi functio promere vota,
 Assidue sacer hic, quem geris, ordo iubet.

Nes

Nec fat mente tenus, nisi & exprimis omnia verba,
 Seu canis in templo, seu legis ista domi.
 Consonus hic canor est, sed dissonus ille pererrat.
 Musicus hic propriè dicitur ille chori.
 Sæpe viam facilem quoque Musicus ipse chorali
 Præstruit: hancque tenens certius haurit eum.
 Hic spaciisque notas effert æquabilibus omnes
 Ille celer modò fit, tardigradusque modo.
 Omnia septenæ referant modulamina claves:
 Sex vario voces ordine singla regunt
 Quis duri, mollisq; soni discrimina donant.
 Orsaque pro libitu summa vel ima sinunt,
 Hæc, & plura libri tradunt simul atque Magistri:
 Inceptumque artis perficit vsus opus.
 Officiis sacris primam, ceu gesta recensent.
 Præscripsit seriem cætus Apostolicus,
 Vt det nox grates scelerum pro nocte repulsa.
 Tertia iudicii sit memor hora dati,
 Sexta quod affixus Christus cruce, nona fragore
 Quod tanto viso funere terra tremat,
 Vespera, quod fessos releuet nox tarda labores:
 Quam pellet gallo mox recinente dies.
 Ritibus Aligerum visis summus quoque Præsul
 Alternis iussit concinuisse choris.
 Ipse pie tractimque sonet canor atque decori,
 Dulciter, & nares non feriente sono.
 Altior in festo, ceu mos signare videtur,
 Pressior in reliquo tempore is esse solet.
 Vix resonant submissa nimis: sublimia frangunt:
 Interrupta horrent: præcipitata nocent.

Quæ

Quicquid & offendit populum, sacra exulet æde:
 Nec torqueto nimis, suppressitoque sonos.
 Hic oculosque vagos, linguam hic compesce loquacem.
 Dispersum ad Dominum cor reuocare stude.
 Anticipare caue socios, dum voce quiescis,
 Alterius versum voluito mente chori.
 Vult sincera Deus Deus omni dignus honore,
 Conspicuis nulli, sed tamen omne videns.
 Quicquid ages, magnum reputa te munus obire:
 Quod nec præcipita nec celer insta aliis.
 Ne mediam excedat supra horam Missa vel infra
 Lecta tibi: offendit longa nimisque cita.
 Disce, sacris quodcunque libris rubrica notauit:
 Præposito promptus pare humilisque tuos,
 Negemat & sese rationum fasce leuatum
 Gaudeat, & sint vtrique pericla procul.
 O vtinam monitis his te quoque rite peraptes,
 Conspirent votis & tua facta ræis.



ELEGIA III.

De Moribus Ingeniis.

VT bene moratus fias, & honorus vbique,
 Et grauis, ista solent pauca notanda dari.
 Discipulis quondam quæ tradidit author alumnis:
 Cuius sæculum vltra præteriisse reor.
 Sint facies, vngues, dentes, coma, lingua manusque
 Calceoli & nares & toga munda tibi:
 Fricturæ pulicum scabies & verticis absint
 Strophium naso seruiat atque labris.
 Aversus sputum, sternutamenta que, mucumque
 Elice: nec retrahi hæc, nec tetigisse decet.
 Neue referto probrum vel turpe, tegasque tegenda:
 Ne cultu turpis, nec nimis esto leuis.
 Sint ludique leues procul, & commercia praua,
 Et gula, segnities, ira, libido, tumor.
 Non aude nimiumque time: haud temerarius esto,
 Nec nimium mutus, nec nimis esto loquax,
 Prodigus, atque tenax, iudex, & testis iniquus,
 Credulus, infidus, somniculosus, iners,
 Futilis, irrisor, mendax, vinosus, iniquus,
 In Numen, Mystas, impius atque patres.
 Culta placet virtus: sis vndique & vsque modestus:
 Sis frugi, & boni amans, sis & honestus homo.
 Quando ministrabis, statues tunc ordine cuncta,
 Et facies: curæ munditiæque fuit.

Stareque


Stareque plærunque est pueri rardque sedere,
 Et capere hac sessum, qua sibi parte datur.
 Verticè nec curuus, cubitis sis pronus, & ore
 Lurcò, vorax, creperus, concitus atque bibax.
 Nec boli immodici lauti nimis atque frequentes,
 Stipati bucca congerieque caua,
 Insecti, rosi, repetiti, vbi liqueris ante,
 Pluribus apprensi quam digitisque tribus.
 Labra sient, tersæque manus, tibi proxima sume:
 Reliquiæ teneant non tua dextra quadram.
 Seruetur mentum, pectus tibi mappaque munda:
 Deme sinuque manus, sit pedibusque quies.
 Non oculis decet esse vagum toruumque tueri:
 Obserues gestus sæpius ipse tuos.
 Terge labrum, quoties biberisque, bibesq; nec haustus
 Fac duplices: sint ter pocula sumpta fatis.
 Nec celer, & tardus, nec stride & fessus anhela:
 Et digitis pateram dextra teneto tribus.
 Adde mero lympham, cyathis auerte loquelam:
 Ad modicos haustus dux tibi sanus eris:
 Hac merito pueris dedit obseruanda magister,
 Quæ factos poterunt & decuisse viros.
 Addiderim his, ne tu loca vbiuis prima requiras,
 Postremusque abeas, nec sine honore precum.
 Nec cultro dentes purges, terebresque nec orbem,
 Ossaque ne rodas dentibus, vngue manus.
 At quid rusticius, quam turpi voce facetus,
 Et gestu & risu si videare aliis?
 Ne te ostentato, nec te defendito ineptè,
 Cum ratio non hoc postulat atque locus.

Nec sis clamorosus, nec quem præuerte loquentem :
 Iudicii que tenax ne nimis esto tui :
 Nec tibi quærendo quærat & ausa cauilli :
 Neue voca testem ad singula verba Deum.
 Siloqueris merito de principe parcus, ergo
 Nec tibi maiestas viliores esto Dei.
 Syncerus tibi tractetur conuiua, vel hospes
 Lætius, ire volens nec retinendus erit.
 Ganeo nec cupias suscepto quolibet esse:
 Conuenit hic etenim norma seuera magis,
 Quamuis in multis, vt & hoc expendito, num qua
 Extrema hic anceps indigus esset ope,
 Præfertim si poscat opem, velletque iuuari,
 Indigeat si animæ forte salutis ope.
 Turpia dicenti & tractanti te inquit iturum
 Nec rediturum, haustus si vrgeat ille pares,
 Aut si detineat temere te longius æquo
 Ultra horam aut aliam : tu que require nec hoc.
 Sed nec amicitia nimis amplo iura paratu,
 Nec largo nimium fas coluisse mero.
 Ecquis enim vanos tot tam variosque paratus
 Tot vasa & calices laudet ametque cados?
 Non bene priuati ciues imitantur honore
 Prælatos aliis magnificosque Duces.
 Vix in vestitu bene rusticus æmulus esto
 Ciuis, & hic clari nobilitate sua.
 Non bene tractatur vino qui impletur & escis,
 Cuius & inquiris singula facta sagax.
 Cumque vocatus eris (nam haud fas accedere sponte)
 Ne scrutere oculis cordeque cuncta vago.

Sin casu accedas, noli noua condere iurâ,
 Ast inuenta tene: carpere parce magis.
 Non assenteris, non fastidiueris vllum
 Ferclorum. præsta sobrietate modum
 Esto procul vanus nimis anxius ordo sedendi:
 Inuisum nimium, nil minimumque placet.
 Quattuor hæc habitus, sermoque & gestus & esus
 Disciplina optant arte modoque regi:
 Non pretiosa nimis, subtilia molla, clara
 Sricta & fluxa nimis, longa vel ampla tene.
 Nec celer & tardus gestus minimeque quietus,
 Nec mollis nec sit turbidus, alque procax.
 Non decet, inuerso quid agatur vt ordine rerum:
 Officium faciant singula membra suum:
 Audiat auris enim, tantumque & lingua loquatur
 Interea labris esto oculisque quies,
 Atque supercilijs, manibus, pedibusque, lacertis,
 Et naso, ne aliud quam videaris homo.
 Ostentant aliqui dentes ridendo, tuentur
 Defixis oculis versus & ora nimis:
 Incedunt modulante gradu, verrentè lacertos:
 Dumque sedent, humeros, crura, latusque vehunt.
 Simplicibus doctisque aliter, iuuenique, senique,
 Rectori, seruo fare aliterque tuo.
 Non vltra, quod opus, nec citra vescere honestum,
 Aut tardè properè sordiduleque nimis:
 Frangere num pulchrum cyathos, euretere mensas,
 Inque illis si quis potus & esca sterit?
 Non vtraque manu pulchrum, aut esitare sinistra:
 Sed digitis bolum summe duobus abhinc.

Da socio sectam & maiorem diuide partem:
 Nec totum quadra deme vel orbe cibum
 Non spectando vagus, linguaque loquaculus esto:
 Et requiem teneant membra modesta suam.
 Tantus in his etiam ne mentem scrupulus angat
 Moribus, vt pudeat forsan adire bonum,
 Atque virum doctum; cui haud confiteare grauatim,
 Etsi moratus non videre sibi.
 Mos est dissimulare malos sine crimine mores
 Moribus haud nimij, moribus haud minimi.
 Tuque locum praebens alijs calefactus ad ignem
 Moribus humanis officiosus eris,
 In ioculatores & qui se fingere stultos
 Audebunt, similes his aliosque malos
 Ne spargantur opes tot in irritamina luxum,
 (Dum fors tu parcus) ludicra, vina, dapes.
 Nobilitas mensae sub tempore nollet adiri:
 Ciuibus, agricolis forsan idemque graue est:
 Et graue magnati, in plateis hunc si quis adiret,
 Camque relaxandi tempora sunt animi.
 Rusticitatis erit (Theophrastus vt inquit) ineptae
 Lis non mota suo tempore siue loco
 Cum quis perstringit sese emendare paratum,
 Cum perturbata quis ratione furit,
 Iram succendit, simul & succenditur ira,
 Atque in litigijs vociferatur hians,
 Inescunt oculi, manibus fit plausus, humique
 Compulsus pedibus, comparibusque modis,
 Communis vitae de moribus extat in omnes
 Transfusus linguas per breuis arte liber

Ordinis à IESU qui conuictoribus extat
 Editus: hic auido perspiciendus erit.



ELEGIA V.

Qui mala non fecit, neglexit fors bona multa:
 Nam mala sæpe latent dissimulata nimis.
 Luxuria incestus, vlcinae coniugis ardor,
 Seu prædæ studium, siue latrocinij,
 Nocturnum grassandi opus, heu, commune iuuentæ
 Infestanti agros, pascua, tecta, nurus.
 Ah quoties sonuit communis in aure querela:
 Mox puer hic Venerem, moxque puella sciet:
 Nunc quoque post sepes, nuuc post carecta latebunt,
 Et socio facient aduigilante nefas:
 Communi studio nunc vna nocte locoque
 En expectabunt conscia scorta domus.
 Obuia tunc baculis prosterneant, atque repellent,
 Siue homines noti seu quoque bruta sient.
 Vespera festiuam prægressa secutaque noctem
 Præbebit tempus molle, modumque malis.
 Vtque venus communis, ita est vis, furta, dolusque.
 Satrapa num dormit, Prætor, vterque parens?
 Heu malum ab his intentatum commuue timendum
 Siue hoc peruersi nocte, dieue ferant.
 Hoc in agris studium, sic exerceur & ættas,
 Quæ matura bono vergit in omne malum.

ELE-



ELEGIA VI.

Sententiae Veterum.

Quæ ratio & veri docet experientia testis,
 Si placet, e multis hæc tibi pauca nota.
 Se satis ostendit virtus prænobilis ipsam;
 Felicem virtus reddit amæna virum.
 Non virtus dono datur, accipiturque: bis ille,
 Qui vectè viuit, viuit, habetque satis.
 Fautorum virtute potens satis obtinet vnus:
 Non facile emergunt, res quibus arcta dõmi.
 Est virtus bene posse suis affectibus vti,
 Ast vti damnum est flagitiumque male.
 Sunt subiecta animi nulli bona: fidere sicui
 Fas (nec fas) virtus præter id esto Deum.
 Nec suaue est prorsus, nec falsum præter amore.
 Semper amara prius mel tibi reddet amor.
 Efficit & paritas animorum & seruat amicos:
 Queis durat placidum velleque, nolleque idem.
 Nil magis iniustum tardo reputatur amico:
 Odit verus amor non patiturque moras.
 Non modus in vero nec terminus vllus amore:
 Non amor est, est qui disidiosus amor.
 Suspicio est quæcunque leuis fugienda, similtas
 Vtrimque ex animo quando remota fuit.
 Auxiliere quidem sed præter crimen amico:
 Præfertur veteri non bene quisque recens.

Tu nec amicitijs ceu floribus vttere gratis,
 Tantisper dum se flore recente probante
 Discutienda licet tibi fors videantur amici
 Omnia, at ipse prius discutiendus erit.
 Non ita res facilis statuisse quid inter amicos:
 Alter enim certè sic inimicus erit.
 Parcus erit diues, cui rerum sufficit vsus:
 Est pauper, cui non, quod satis est, satis est.
 Disce vti modico, ni vis seruire per æuum.
 Rarò rem bene cum diuite pauper habet.
 Ridiculos inopes passim vocat alea felix:
 Curia vix illis, vix patet altus honos.
 Paupertas simul ingenij est artisque magistra;
 Traditur huic nudæ rarus honoris apex.
 Qui properat nummis inhiando, seque molestat,
 Virtutis fertur descruisse locum.
 Et genus & virtus, quibus haud comes æris aceruus,
 Vilia creduntur sint licet ampla satis.
 Absque labore caue felix euadere velle.
 Prospice, fac, vigilia, nec miserandus eris:
 Ni tradas animum studijs & rebus honestis,
 Torquebunt vigilem liquor, amorque nimis.
 Pigritiam generat tibi desuetudo, veterum.
 Pigritia: vsus enim nobilis omne potest.
 Excudit & somnos vsus morbosque repellit:
 Temporis est omni nobile parte lucrum
 In tenui labor haud tenuis quoque gloria raro est.
 At curam merces magna decetque grauem.
 Ardua non adeó res est abstrusa grauisq;,
 Vincere quam perpes cura laborque negent. Ten-

Tentanti semel atque iterum res prompta videtur,

Laus venit haud recti, deliciaeque simul.

Commendantne breui sese praesentia fructu?

Nonne voluptati sunt sua lucra lues?

Tædia progignit tibi copia: rara voluptas

Dulcior: est nulli crimine parta quies.

Rarò læta solent esse impermixta dolore.

Gaudia discedunt non reditura procul.

Cum tibi blanditur, magis est fortuna timenda.

Robustos metuit fors, residuesque premit.

Sors est perpetuò nunquam bonæ: quando faucibus,

Disce, modo tristis quo toleranda foret.

Fortunæ potius præstat confidere parcæ,

Effusa danti quam bona multa manu.

Non fas est misero sortem sperare beatam.

Dant mores sortem conditione sui.

Fortunæ liuor comes est: magnique fauoris

Est breuis ipsa parens, ludit, agitque vices.

In magnis fortuna furit magis, omnibus instat:

Dimissam frustra mox reperire queas.

Promptior inuentu est, bona quam fortuna retentu.

Instabili passim nam pede cuncta terit.

Fortunam sequitur populus tremebundus & odit.

Laus vsu euentum fors sequiturque suum,

Fortunæ fatias Jocia non indiget vnquam:

Namque quod huic satis est, hinc furiosa rapit.

Curse seruitio liber modo mancipat arcto?

In promptu causa est: desidiosus erat.

Quantum quisque malus, tantum rectoribus obstat.

Immodicè liber mox tibi seruus erit.

Qui facit inuitus, miser est non iussus, oportet
 Te plus scire, foris, quam, bone serue, loqui.
 Cui permulta licent, minimum, reor vsque licebit.
 Proximus est lapsu qui nimis alta petit.
 Posse pati inuidiam, reor, est pars magna regendi.
 Peruertit regimen se retrahendo pudor.
 Expers consilij vis ingens corruiat apti.
 Incumbit regnis vndique terror atrox,
 Artibus imperium tutum est, quibus ante paratum.
 Creditur ipse malum quærere magna petens.
 Plærumque vt vehemens, sibi sic aduersa voluntas,
 Instabilisque gradus sæpe regentis erit.
 Qui se cunque volet multis præponere, paucos
 Inueniet, qui se forsan amare velint.
 Vnicane iratos facile vt vox placet amantes?
 Ferre haud riualem posse putatur amor,
 Fertur, amatores similes amentibus esse:
 Qui nec se, qui sint, quid faciantque, sciunt.
 Immodice potum generatne obliuia vinum?
 Da satis huic, cupies quem retinere, cibi.
 Est aditus facilis, grauis est regressus amoris.
 Tum fugito, præsens quando libido magis,
 Crescit amor sensim toto vt patiatur amante.
 Blandilijs captus somniat omnis amans.
 Multa pudor celatitumet tege tecta peroptans.
 Plurima percunctans gerrulus esse solet.
 Iudicijs præceps lingua est, qui munera cuiuis
 Exprobat, haud paucis hic odiosus erit.
 Se solum facere indoctus putat omnia rectè.
 Qui discit, mentem nunquid alitque suam?

Nun-

Nunquid iners medicina mali ignorantia? nunquid
 Ingenium quo acuat acre, recessus habet?
 Serius ille dedit, qui donum distulit: hoc nec
 (Cum potes) ignotus prætereundus erit.
 Gratus erit dans dona lubens. reddatur eadem,
 Qua prius est munus mente subinde datum.
 Prompta placent potius, quam munera larga subinde.
 Improbus est capere haud reddere dona sciens.
 Seu te laudatus laudet, culpetue prophanus,
 Laus hinc æquælis par tibi vtrimq; bonum.
 Fallitur haud rarò spes præconcepta bonorum:
 Sæpius eueniunt ante putata minus.
 Non bene debilitas miseri temenda cuiuis :
 Est etiam, quando mota nocere queat.
 Incertum petitur, dum certum linquitur vltro.
 Plus seruasse foret quam reperisse decus.
 Fluxa dolis hominum, mollisque evertitur ætas.
 Ne gemitum immeritis adde, malumque malo.
 Afsidua haud poterit meditatio cuncta grauatim
 Vincere. tutatur se quis amatque lubens.
 Ne fugias sumptum lucri studiosus honesti:
 Quod minimum est, nimix molis id esse facit
 Pauca loqui de se, præstareque multa decebit.
 Nonnullis somnum garcula rixa facit,
 Cui plus, quam par est, licet, hic se pluribus æquo
 Ingerit. illiciti feruet & vrit amor.
 Tunc bona notescunt, fuerunt cum perdita nobis.
 Ne meminisse velis, quæ repetisse nequis.
 Communem cunctis quis sortem ferre recuset?
 Dum res non sinet, id quod potes, esse velis.

Pulchrum cuiq; suum est. ius summum iniuria summum.
Ansa operi non est prætereunda bono.
Prima mali pellas. nocuit differre paratis.
Num neglecta solet serpere flamma magis?
Accipitrine auceps frustra sua retia tendit?
Seftandis docilis turpibus omnis homo,
Mobile discordans. rerum cupidumque nouarum
Vulgus, & auersum, more, quiete sua.
Vix semper, casus quem transit sæpe, relinquit.
Dis modo, qui rumpit sædera, fidus eget.
Principium belli facile est, grauis exitus omnis.
Diuitibusne inopes iam cumulare solent?
Qui cupit, huic etiam mora festinatio sæpe est.
Quitimide petit, hæc ipse negare docet.
Inuidiæ antiquis noua deteriora videntur.
Vt culpes promptum est, vtque imitere, graue est
In vita noscas hominem post fata quiescas.
Subdita sunt nulli, quæ bona peccus habet.
Vt sit lætitiæ quidam modus atque doloris,
Te nulli iungas arctius vsque malo.
Contra hostes nulla est occasio prætereunda.
Nexus amiciiæ culpa subinde fuit.
Ferre odium præstat, mala quam consortia fontum.
Nil contra inuidiam dicere vera iuuat.
Est inimicitæ primus gradus improba fari:
Recta loqui gradus est primus amicitæ.
Vincito cedendo: tibi ni patientia desit,
Ferre malum facile est quod libet, atque pati.
Non mala diligimus, mala sed patienter amamus
Qualibet ærumnæ conditione pati.

Astrin-

Astringet sua quemque salus opé carius omni.
 Nunquid inest vitij res mala cæcus amor?
 Vix tres vna domus socios retinebit edaces.
 Heu quantum impatiens est homo ferre parem;
 Cedere nonnunquam laus est moderata sodali.
 Rara placere solet, displicuisse frequens.
 AErumnæ querulæ, sed opes tumidæque, feræque.
 Indigna heu vitæ plurima suadet amor.
 Iudicium rerum prudens rectum apparat vsum.
 Priuatis studijs publica causa cadit.
 Illicitum petitur: damnant sua vota que rari.
 Iudicat an melius quisque aliena suis?
 Consilium properum rebus vix conuenit apte.
 In causa decuit cuncta librasse graui.
 Respuit oblatum mulier, vult vsque negatum:
 Et mala dum sola est, cogitat, ergo caue,
 Dum se culpari, dum negligi inopsque miserque
 Cogitat, est nimium suspiciosus homo.
 Exemplum & paritas pollent vi corda mouendi:
 Vix falli exemplo sequis in orbe putat.
 Iudiciumne aliquid plebis metitur honestos?
 Ne quodcunque bonum repputat, esse putes.
 Spernitur omnis iners passim. malus vsque putatur
 Errore implicitus qui semel ante fuit.
 Respicit haud meritum libertas quodlibet ausa.
 Huic tantum liceat, cui licet absque malo.

ELE-

60.
ELEGIARVM Liber II.
Ad Reuerendissimum ac Serenissimum
Principem ac Dominum

FERDINANDVM
Archiepiscopum Coloni-
ensem, S. R. I. per Italiam Archicancellarium & Electorem, Episcopum Padebornæ, Leodii, Monasterii, Administratorem Hildesii & Brechtelgadi, Ducem Stabulensem, Comitem Palatinum Rheni, Ducem vtriusq; Bauariæ, VVestphaliæ, Angariæ, Bullionis, Marchionem Franchimontanum, &c. Dominum meum
Clementissimum,

ELEGIA I.

FAs mihi sit Princeps nostri Augustissime seculi
Carmina pauca statu promere digna tuo:
Si tamen hisce grauem sit fas intrare sub aulam
Indigno, incompto nec satis ore graui.
Da veniam studio, dum finis commodus adsit.
O Princeps toties gratificate bonis.
Iam mea præuenit stylo grauiore pedestri
Musa edens speculi connubialis opus:
Quoque maritorum, nuruumque exempla piorum
Contuli, in hoc Domino qui placuere statu,
Mox subiuncturus syntagma, Exemplaque nostri.
Qui populo sacra præsumus arte, status:
Quod reor hoc grauius, quo plures ordinis omnis
Censores metuo fasce vel arte graues.

Atque vtinam possem legere hic vel littora caute,
 Ne me credam alto, difficilique mari.
 Si bene Diuino nutu sacer ordo statutus,
 Quo Dux Leuitas vnicus inter erat.
 Lege figurali hac summum caput Inclita Roma
 Inter mitratos vndique in Orbe tener.
 Vt quoq; Roma vetus cum vi succreuit & auro,
 Mox legum atque virum mole grauanda sua,
 Sic stat adhuc Romæ per te, Dux, æmula noster.
 Dux pietate grauis, pros peritate potens.
 Henricine Pij Augusti tu iure propago
 Armis tutati Relligionis opus
 Et dilatantis per totum latius orbem,
 Ornantisque opibus Tempia, Domosque Dei?
 Quod facere vt posset fructu vberiore retenta
 Virginitas fecit cum Cunigunde sua.
 Huius & ipse pari sequeris vestigia passu,
 Quod regis, exemptus conditione soli.
 Quoque Pater studio ductus V Vilhelmus eodem
 Transegit senium Relligione graui.
 At qua parte regis tot spiritualia iura,
 Oniæ es veteris dignus honore Ducis.
 Quo Duce Relligio nunquam Iudaica cultu,
 Rohore, fortuna prosperiore stetit.
 Te Duce Mosa Leodinæ Telluris & vrbis
 Rura beat nusquam Relligione pari.
 Te Duce dis Agreppina Colonia famam
 Auctam Romani fœderibus solij
 Seruat adhuc nullos non seruatura per annos
 Cum Bonna sceptri sede pedique tui,

Cum-

Cumque Nouesina cognominis vrbe Coæui,
 Quas res allambens Rhenus iter peragit.
Firma Monasteri Duce te stant mænia valli
 Et duplicis fossæ robore cincta graui,
 Sed Fidei grauiore nouæ pietatis & auctu,
 Queis Amisis plus quam fluctibus amnis ouat.
Te Duce consurgit quoque vi Visurgis in auras
 Et ductu & fretus robore magne, tuo.
 Quem Trans Hildesium Clerum complectitur amplu
 Frumento & ditem fertilitate Soli.
Cis quem circuitu minor hoc Padeborna, sed æquo
 Mitræ iure tuæ & maior vbique Fide.
Hem quanto hic sumptu radiant Cathedralia Temples,
 Et passim ob fructum condita plura Gregis:
 Queis cedunt veteris Mundi & miracula Romæ,
 Ethnica si tamen hoc nomine digna reor.
Te Duce per dictas grauium pietate virorum
 Clara Diœcesis statque receditque fides,
Qui studio fido vel sacramenta ministrant,
 Vel qui ipsis pacto præsidioque fauent.
Te Duce florescit passim pietasque Fidesque,
 Dum rebus quam alijs huic plus vtrique vacas.
Hoc symphonicus cultus solennis in aula
 Seu cedente die seu redeunte probat.
Hoc leges pro vtroque foro latæ atque nouatæ,
 Et merces dignis, & data pæna reis.
Nec virtus calcar, vitium nec fræna requirit
 Præsidum & annifu compare stante Ducis.
Non roburque Fides pietas non lucra requirit
 Conatu Cleri compare stante tui.

Hoc

Hoc vitinam agnoscens zelo magis vrgeat acri
 Visurgis, Amisis, Rhenus & vsque emosa:
 Qui duplex nouere tuum sceptrumque pedumque
 Iure potestatis duplicis atque status,
 Quamuis non vno tibi tempore & impete tortens
 Non vnus fluios sistere promptus erat,
 Robore resfuit hæc mentisque manusque gerenda,
 Quorumuis quod erat non tolerare pedum.
 Cognata, affini que hic Regum stirpe Ducumque
 Mitrarum hinc iunctis viribus vsus erat:
 Ne qua potens tellus infirmo Principe nutet,
 Sub Duce stet tellus nequa potente leuis.
 Utque pio licet Oniæ nox atra minata est
 Non impune Deo pro duce stante suo:
 Sic tibi fortunæ lux & virtutis amænæ
 Successu semper prospere micet:
 Ut tua vita probat, conatus & vndique spondet
 Sic indigna haud te sit Duce terra suo.
 Utque tuis semper fauit successibus aura
 Dum pelago stat adhuc anchora tuta spei:
 Sic locei optata te dehinc statione salutis,
 Iungendum Diuis quos imirare, tuis:
 Cultaque iustitia & pax longæ tempore vitæ
 Felicem in Cali det regione locum.
 Hoc optare mihi liceat cum pluribus vni
 Ad bonâ conato pascua ferre gregem:
 Cuius sub Tuguri transgressus lumen ab anno
 Fauisti pretiis & sat honore graui.
 Immeritoque decem manus hic tua contulit aureos:
 Quanto promerito nunc meliora dabis?

Nam

Nam scio conatus utentum tempore rectè
Pro grege, pro semet perplauisse tibi.



ELEGIA II.


De Hæresibus nouatis & mutatis.

SI numerare libet veterum figmenta modernis
Inuenies eadem, si numerare libet.
Quid docuere noui contra ieiunia, Diuos,
Iconas? Referant, quid docuere noui?
Vi noceantue dolo, non curauere vetustis:
Hi neque discernunt, vi noceantue dolo.
Erro vetus tribuit nobis noua dogmata, nemo
Quæ docuit nec non erro recens tribuit.
Quæ dedit erro vetus, mutauit postmodo sensa:
Nunc, sua mutat, heri quæ dedit erro recens.
Pro libitu veteres Mystera nostra sinistrè
Explicuere: id agunt pro libituque noui.
Crimina multa patrant nostri, noua secta vetusq;
Obicit, ast illi crimina plura patrant.
Si qua Fides tamen est saluans, ut nostra, piare
Hæc poterit. Qui horum? si qua fides tamen est.
Est tibi secta Fides, quæ crimina nulla repellit,
Nec sectas vllas, est tibi, secta, Fides.
Est tibi, Secta, Fides cerebri vertigine nata.
Obiectum quoduis est tibi Secta Fides.
Vera probanda Fides, quæ annis signisque perennis:
Quæ virtute viget, vera probanda Fides.

Vera

Vera probata Fides, quæ nunquam desijt, & tot
 Sectarum victrix veta probata Fides.
 Dogmata Luter habes antiquis eruta Sectis,
 Et damnata olim dogmata Luter habes.
 Fundere vota veras pro mortis spicula passis:
 Proque his Aerijs fundere vota vetat.
 Tempore sacra vetas nobis ieiunia certo:
 Talique Aerijs tempore Sacra vetat.
 Sola Fides satis est, clamas. Nunquid quoque Simon
 Eunomiusque crepant? Sola Fides satis est.
 Chrisma sacrum ne negas? Sed & ipse Nouatius atque
 Donatus quondam Chrisma sacrumne negat?
 Sumptio sola sacra est tibi, non vtrimque Synaxis:
 Testeque Nestorio sumptio sola sacra est.
 Credere nec tibi fas, minor haud quæ præfule mystes:
 Aerijs non est credere nec tibi fas.
 Plebs mulierque tuis præfunt Luter impie sacris:
 Quintiliano etiam plebs mulierque suis.
 Mors scelus vna piat deductum crimen Adamo:
 Lutero & Proclo mors scelus vna piat.
 Quid mihi cum Monachis? Tu Circumcellio, tuque
 O Luter resonas. Quid mihi cum Monachis?
 Romula pestis abi sedes, ais impie Luter:
 Petilianus ait: Romula pestis abi.
 Frangere vota decet Clerum, Luter improbe dicis:
 Vox quoque Lamperidæ est, frangere vota decet.
 Virgine nupta magis valet, inquit Iouinianus,
 Luteroque valet virgine nupta magis.
 Cuncta quis enumeret veteris figmenta nouata
 Hæreticis? ah damna hinc cuncta quis enumeret?

Quæ tibi Catholica est Romane? Per omnia sparsa
 Consensu. Luter, quæ tibi Catholica est?
 Sit mihi sola vetus nulli nec tempore, nec re,
 Nec mutata loco sit mihi sola vetus.



ELEGIA III.

De Castitate.

Certa fides: leges statuit Diuina voluntas:
 Tota est mandanti cognita causa Deo.
 Omnia molitur solus bona scitque potestque:
 Subiectus nulli subdit & omne sibi.
 In nos imperium Dominus gerit vnicus, at nos
 In sensus nostros, arbitriumque datum.
 Quisquis luxuriæ cupies damnabilis vsus
 Effugere, & pura viuere mente Deo,
 Sis pius & Domino subnixum & pectore promptum
 Reddiderit tutum refuga, teque labor,
 Vifus & auditus, sexus vsusque alieni,
 Siue inconsultus, siue frequensque foret,
 In trepido poterunt te constituisse periclo,
 Aut si passim alijs sit tua aperta domus,
 Perpetuone oculos à Virgine verrit Iobus?
 Hinc vindicta truci nonne timenda necis?
 Vt Salomon monet, ô si se mouisset & ipsa
 Proh summè sapiens cætera, stultus in hoc.
 Ergo animum diuertere procul, dimitte morantem
 Ocyus ô firmo robore quisquis eges.

Robore quisquis eges, muliebris linque pericla
 Conuictus, audax obloquiumque gregis.
 Præco vetus partum vberiorein corporis olim,
 Colloquium vetuit seu muliebri tibi:
 Nunc contemptibilis species; spectabilis & nunc,
 Nunc fraude intenta, nunc sine fraude capit.
 Vt raro cessant, non cessant dæmenis artes,
 Quique litant veneri, qui que litare monent.
 Inque notes vultu sexus vtriusque colonos
 Dispare fortuna, compare flagicio.
 Si decimandi essent, ne consummatio fiat,
 Incesti, Mæchi, sacrilegi, Magici
 Et plures, qui non correcti aut sponte relinquunt
 Nequitiam, incauto quam tenuere gradu,
 Mox exhausta magis foret hæc sentina malorum
 Quam sæclis, quæ iam nos præiere, malis.
 Qui sint, ac vbi, scituris constabit abunde.
 Sedandi ratio sit modò certa mali.

ELEGIA III.

De Amore Dei & proximi.

VT tu numen ames (quod calcar ad omnia forte est)
 Nosce, quod indigeas semper amore Dei.
 Vt quoque ames hominemque; iuues ope forsan egerem,
 Quod potes, aut poteras indigni ille, scias
 Si Domini sincerus amor tibi pectore firmus
 Hæreret, quem dat, condit & ipse Deus,

Monstrares semper leges seruando statutas:
 Queis ruptis totus soluitur eius amor:
 Non etiam odisses, quod summum est crimen amoris
 Aduersum, tempus quod vetat omne tibi:
 Actus amoris enim, quem lex quoque præcipit ipsa,
 Obligat at certo tempore siue modo.
 Tempus erit, quando primo ratio incipit vsu,
 Dirigis in finem quo tua, teque Deum.
 Si quo grande dedit Dominus tibi tempore munus,
 Vel quo te grandi surripuitque malo.
 Vtraque sint quamuis hæc conuenientia, culpa
 At sub letali hæc esse necesse negem.
 Quale quidē est, mortis cum impendit grande periculu,
 Cumque Sacramentum Mysta dat, atque capit,
 Tunc Mysta alterius si desit copia culpas
 Est opus vt sacro motus amore piet.
 Nec modus est opus, vt sit summi intensus amoris,
 Nam solus fammè se quit amare Deus:
 Infantem vt quamuis adamet feruentius, optat
 Maiori præ illo non caruisse parens:
 Sic satis est Domino nihil vt præponere tentes,
 Semper vt & finis vltimus ipse fiet.
 Sic te sicque bonum minus ipse adamaueris omne.
 Ille tamen maior, qui magis ardet amor,
 Quoque ardente potes carnem, Mundumq;, stygemq;
 Atque voluntatem vincere, amice, tuam.
 Augustine refers Stephanus queis vicerit armis,
 Vt miles vinci nescius arma vibrat
 Quam grauis exempli, spectaculi grandis & ampli
 Brauij obiectu fortis & auxiliij,

Denique securi, quo posset abire, receptus.

Hic Christus, Diui, Gloria, Numen, Orb.

Hæc duo Maiestas bonitasque Tonantis ab ipsis

Contemplanda pijs creditur esse Polo.

Ad primam omnipotens vis & sapientia spectat

Iustitia & libram dans cuicumque parem.

Hanc amor & facilis miseratio plura beatis

Dans meritoque suo, dans meritoque malis.

Illam iubet dominum reuereri & mente timere:

Hanc amor inferitur lætitiæque quies.

Regiaque ad cælum via non est obsita næuis,

Ast omni vacuus crimine purus amor.



ELEGIA V.

De Confessione & alijs nonnullis.

A Ligeri si adeo gaudent redeunte nefando,
 Inuentam Christus si que reportat ouem,
 Cur peccatoris nec dum mollescat amore
 Durities, nec scit, nec redamare cupit,
 Cuius in Orbe vices gerit almus quisque sacerdos:
 Soluere qui iussus commiserando reum.
 In mentem si cui venit huc accedere mentem,
 Vt credi debet, sufficiente Deo,
 Ne subito acurrat, ne impræmeditatus agatque,
 Quomodo quæ dicat, corrigat atque roget,
 Vt nil inconfessum, incorrectumque relinquat,
 Vt monitum Patris discat ab ire sequax:

Quem

Quem meritò acceptet si sit bonus atque peritus,
 Ut sibi demissum Numinis arce Patrem,
 Dein sua specificè numeret peccata, duabus
 Quæ tabulis legis Mose ferente patent:
 Quid contra primas tres factis, aut quoque omiſſis
 In Dominum admittit pectore, voce, manu,
 Proximus utq; sibi quisquam est, tum proximus alter,
 Proximus ut reliquis lætus & ipse modis,
 Quid ratione sui pro temporibusque locisque,
 Quid ratione status fecerit ipse sui,
 Propositum expendit Mystes an ansa propinqua
 Sit dimissa, reus qua remanente manet:
 Increpat hinc dure vel suaviter, ut putat æquum,
 Urget agat post hac digna salute sua,
 Excitet atque ideo metirando nouissima sese,
 Aut par aut melior siqua medela foret.
 Si promptè fallus promptus facere omne deinceps,
 Si super omne odit præteritum que, bene est,
 Ac quod damna luis grauitasque, monebit vtrumque,
 Et siquid similem vimque, metumque facit,
 Præsertim Dominum quod amantem spreuerit ipse,
 Imensum vilis, gratificumque nocens.
 At satis ut faciat læso reus ipse Tonanti,
 Sit penæ scelerum pro ratione modus.
 Desidiæ studium precis atque laboris, inani,
 Contemptus laudi, luxuriæque fuga.
 Munus auaritiæ sensim quod detur egenti,
 Incipiens habitus crescat ut ipse magis,
 Sumptibus immodicis vestisque gulæque rependi
 Frugalis vocatus clamue palamue potest,

Adde torum durum, disciplinæque rigorem,
 Peccantique palam lumina gesta palam,
 Aut siquid simile est, cuius nunc fructus, & usus,
 Lex disciplinæ sicubi sacra viget.
 Ut vitij etiam virtus plantetur abactis,
 Plasma hoc bislennum sit generale tibi.
 Consuetudo precum, confessio crebra paranda
 Post lapsum, Panis sumptio digna lacri,
 Inde sodalitij primi fuga, & usus honesti
 Concioque & sacri lectio rota libri,
 Si Christi pænas Duum Clarissima gesta,
 Et Numen præsens, Aligerumque tuum,
 Si certæ necis incertam meditaberis horam,
 Extremi dirum iudicijque diem,
 Nec non iustitiæ Diuinæ exempla tremenda,
 Damnati pænas perpetuasque gregis,
 Denique mercedem regni Cælestis amænam.
 Ast alibi in specie singula scripta dedi.
 Postquam adedè latè patet ignorantia Veri,
 Distrahitur varijs mens quoque sæpe modis,
 Ut quid circumstat, perpendere nesciat omne,
 Qualia Personæ, tempora, norma, locus.
 Aut quis possit homo præcognouisse futura?
 Contineat se igitur, pacificetque animum,
 Cum semel eluerit sordes generaliter omnes,
 Perque vices lapsus cum eluet inde suos.
 Proshyter hunc aliter neque iam dimiserit, ac si
 Hinc mox ad cælos ingrederetur iter.
 Postquam homo peruenit sincere cuncta fatendo
 Numinis ad veram rursus amicitiam,

At manet interea fomes tentaminis ergo,
 Sedari, vinci, qui reprimique potest,
 Qui si ad consensum redigerque subinde volentem,
 Culpa magè est hominis, fomitis illa minus.
 Auxilium ergo reus speciale à Numine poscat:
 Nil expers curæ nilque laboris erit,
 Et duce presbytero causæ amoucantur ab ægro
 Conuictus, fomes, mos malus, atque status:
 Namque adeò externis quidam infestantur ab anlis,
 Mutato tantum spesit vt vna statu.
 Tum bene disposito superadditur apta medela,
 Obtritis vitijs vt reualescat homo.
 Causa quoque vt crescit peccans, ita multa verantur,
 Alicitis & erit continuïssè decens.
 Si Medici præcepta sui neglexerit æger,
 Quanta sit dignus, quaque salute rogo?
 Sic spernens anthore Deo data iussa verenda,
 Arbitrio fiet sanus an ipse suo?
 Aduerlis constat ti quæ contraria tolli,
 Cur fomes blandis ergo fouetur adhuc?
 Si ne habitus pereat, repetenda exercita sæpe.
 (Parte tenax alia largis esse vt solet)
 Si meriti tempus, si occasio deferit omnes,
 Quorsum pes lentus siue remissa manus?
 Siste gradum: quo vis, sapientia defit in orco,
 Nec datur ad Cæli transitus astradein,
 Si cecidisse graue est cum damnatisque reisque,
 Edamnante statu cur redijisse graue est?
 Nunc mala fas reduci damnare & spernere promptum,
 Nec laudare quod est crimen honore vacans. Præ

Præ foribus tentamen adest violentius, altam
 Quam primum ad cælum cæperis ire viam.
 Ire potes. certum est: an enim te posse negabis
 Iura ratus humeris hæc grauiora tuis?
 Sit menti cautela tuæ, sit robur oportet:
 Vince fide forti spe pia, amore graui.
 Arte fidem satanas obliqua euertere tentat.
 Vnde superstitio sæpe dolosa venit.
 Continuò irritat per seque, suosque malignus.
 Concitat humores, concitat omne malum.
 Defluit vt prompte ratis atque ascendit vt ægrè,
 Sic rapide in noxas sic temereque ruit.
 Obnitenti igitur facilis victoria forti,
 Vt perrumpendum à Iudice crimen erit.
 Crimina fallurus studeat meminisse, nec absque
 Ceutelis inter deinde pericla fiet.
 Dextra lauat læuam: siquid nescisue nequisue,
 Proximus adijciet, siquid amoris habet.
 Estque quiescendum scito quodcunque necesse est,
 Siue id omittendo, seu faciendo sat est.
 Nunc est excessus, nunc est defectus agendi:
 Præscriptum ergo velis à ratione modum.
 Quæ censere potest, si sint contraria vana,
 Noxia, præque suo dedecorosa statu,
 Quod bona tunc aduersa forent: si scrupulus angit
 Vt iterius, spernas quo potes ipse modo,
 Præsertim mordere magis, quam pungere iure
 Si tibi visa forent, vnde vel vnde ruant.
 Nam metuens nequo verbo, re offendat & ipsa,
 AEstimet, an patitur gloria tale dei,

Sive an promoueat, nec tunc dubitabile credat
 Bernardumque sequi mente sonoque velit:
 Non ob te capi, non ob te desero id æquum:
 Quod mihi iam apparet sub ratione sua.
 Ignorantia (consilio doctique, bonique
 Si fides) cessat cum ratione tua,
 Continuata sui reprehensio solaque tollit
 Omne nefas, quidam dixit ut ore pater.
 Radices alij seruantur criminis in se,
 Ut notas melius stirpitus inde trahant.
 Gregorius numerat capitalia crimina septem:
 Equibus emanat fontibus omne malum:
 Fastus amorque lucri iniustus, liuorque venusque,
 Ira ferox, sitiens & gula, torpor iners.
 Quæ quamuis omni non sunt mortalia casu,
 Nec raro venia digna minuta sua,
 Ni grauitur Deus aut lædatur proximus ipse,
 Sintque animo, aut membro permiciosa suo,
 Dicuntur tamen & capitalia, gignere natas
 Nam plures proprio singula fonte solent.
 Hæc quoque cuncta decem potes ad præcepta referre
 Sive hominum, Domini seu violetur amor.
 Ipse voluntati fastus diuersus adhæret:
 Qua se supra se, posse suumque vehit:
 Hinc natæ veniunt: in primis gloria vana,
 Qua palam esse cupit clarus in ore hominum:
 Effert se tumidis tantum iactantia verbis,
 Dum re ipsa magnum se celebrenique facit.
 Ambitio illicitis aspirat honoribus vtrò
 Illicitis rebus, sine, modoque sibi:

Excedit que statum proprium præsumptio, vires
 Natura, aut habitu, iure datasque sibi:
 Fictio iustitiæ fallaxque hypocrysis ipsa
 Re subit, vt mendax ore dolosus agit.
 Hinc quoque fit contentio, fit discordia cordi,
 Et verbi, & facti, iudiciumque tenax,
 Et desiderium peregrina aliena sciendi,
 Parrandique nouum, quod stupuisse queant:
 Nam se nemo potest alienis rebus & à se
 Non notis animo aut ingerere arte sua:
 Atque repugandi studium notisque bonisque
 Legibus idcirco quod iubet iste, vel hic,
 Dummodo mandandi ius obtinet atque supremus
 Non vetet hoc Deus, aut præside maior homo,
 Nec quoque mandandi cessat, mutataque causa est.
 Rectorem indubijs consule quisque tuis.
 Crimen avaritiæ quærendi siue timendi
 Res mundi varias immoderatus amor.
 Inde fit erga inopes grauis obduratio mentis,
 Pro vita auxietas veste, ciboque grauis:
 Fraus verbo, fallacia re, periuria, furta,
 Atque rapina, domi proditioque rei,
 Luxuriæ natæ sunt excæcatio mentis
 In rebus, quas quem scire subinde decet:
 Præcipitatio, eget quæ ducta, lumine, sine,
 Ordine, consilijs, auxilijsque bonis:
 Inconstantia iners, medijsque salutis abusus,
 Et sui amor, legis sanctæ odiumque dei,
 Venturæ terror, vitæ præsentis amorque,
 Delicijs cedit dum resolutus & his.

Vin.

Vindictæ iustus modus, ordoque rumpitur iras
 Nunc habet in sensu, nunc quoque mente locum,
 Nunc in vtroque simul, velutique animalia quædam
 Suspensam seruant eleciuntue statim,
 Sic homines brutos agit iracundia quosdam
 Præcipites, quosdam lentius, aut leuius.
 Hinc indignatur contra rerumque hominumque
 Siue apparentem, difficilemue statum,
 Obloquitur, non alloquitur, solitoque salutat,
 Vindictæ gaudet voluere mente modum,
 Clamorem modo, vim variam modo litibus addit,
 Priuat honore bonos, priuat honore malos,
 Inque creaturas, Dominum, Diuosque probrusos
 Murmurat aut labris murmurat aut animo.
 Nascitur inuidia flagrante susurrus amicum
 Alterius contra fiat vt hostis ei:
 Nec non de fama detractio turpis honesta,
 Publicat vt tacitum, fingit vt ille nouum:
 Contemptusque hominis, mox exultatio in eius
 A Erumna, inque habita prosperitate dolor.
 E gula ad officium fit ineptia cordis, & actus,
 Infani gestus, lætiæque modus,
 Garrulitas de hominum factis vel rebus inanis,
 Obscæni mores, cantio, signa, soni,
 Hinc immundities mentisque & corporis orta,
 Scandala nec raris perniciosa modis.
 Deque bono tristatur acedia spirituali,
 Tertia quo festi lex violanda venit,
 Quæ si consensum plenum rationis habeat,
 Adsit materies legis & ipsa grauis,

Letifera est, vt pars si quando notabilis à te
 Officij Missæ forsan omissa fuit:
 Quæque in pneuma sacrum fit desperatio, quique
 Est circa legum debita torpor iners,
 Denique ad illicitum mentis quòdcunque vagantis
 Vel desiderium, vel quoque capta quies.



ELEGIA VI.

De Legibus

PRincipis est iusti curare, vt non modo cessent
 Crimina, at & morum floreat omne genus:
 Vt sint prudentes, iusti, fortes, moderati,
 Deuoti Domino Religione pia,
 Vt purgato etenim morbo & medicamine pulso,
 Sana valetudo restituenda venit,
 Consilio vt Medicus dat confortantiã tandem,
 Nec quoque quæ laxant interim ab esse finit:
 Sic peccatorum proteritis vndique morbis
 Officij s morum rem stabilire decet:
 Hæresis vt fugiat, primumque Atheismus ab orbe,
 Et politicismus nidificare tremat:
 Mortiferumque dein vitiorum virus & ardor,
 Inueniat morum melsis vt inde locum.
 Dux licet ipse suum præcedat alacrius agmen
 Calle, armis. animo, conditione pari:
 Dilabente tamen populo victoria vana est.
 Væ populo, contra quem Deus ipse venit.

Cui

Cui tamen haud totum mandandum tempore in vno,
 Alit hominum quod tunc poscit & ordo rei.
 Nam quoque non vna succrescunt gramina nocte:
 Limitibus laudi se tenuisse datur.
 Laudantur praefecti, animis aptique regendis:
 Qui nec acervatim cuncta scienda monens.
 Si lex humana est ceu de plarisque sacra
 Coniugij gradibus nota rudique minus,
 Aut si vinctus erit nedoso crimine, quodque
 Scire reus nequijt scire nequibit & hinc,
 Siue sit hæc facti, siue ignorantia iuris,
 Nempe inuincibilis quo magis esse solet,
 Seque bono putat esse statu, curatque manere
 Postmodò, nec scitum corrigit ipse tamen,
 Ne frustra aut temere conterreat, ista monere
 Mox neque consultum, nil que necesse putant
 Causaque si cessat, vel deest contemptus agendi
 Contra: nam talis letifer esse solet.
 Quamuis publica lex, dogma & proponitur aptè,
 Huic ostindiculum sit licet & vel huic.
 At si lex desit, sit consuetudo magistra:
 Si nec ea, ex æquo iudicet atque bono,
 Quilibet haud equidem, sed cui prudentia rerum
 Ex vsu dudum cognita & arte fuit,
 Interpretes legum est hinc consuetudo suarum,
 Legifer at verbi quilibet ipse sui.
 Seu successiuus, seu mutuus ordo regentum est,
 Mundani qui sunt ordinis atque sacri,
 Quisque suum bene portet onus, nec in altera iura,
 Tempora, Personas transferat atque loca:

Commoditas nam grata nimis damnosa videtur,
 Si damni datur hac hostibus anfa grauis,
 Orandus Deus est, regat vt corpræsidis ipsum,
 Plectendi vt norit tempus vbique reos.
 Quomodoq; potest sine damno & quãdo bonorũ,
 Tunc punire malos expeditatque licet.
 Nec placet ille satis tibi, qui nil approbat vsquam:
 Qui tamen omne probat, nec placet ille satis.
 Quis probet audacter peccantes atque scienter,
 Ignauum & fragilem si tolerare nefas?
 Differri si pæna potest, debetque subinde,
 Quodque ita sit iustum, conueniensque magis,
 At se culpa manet, si nec cessatur ab ipsa,
 Mature iudex terminet vltor eam.
 Inquirat culpas per seque suoque fidelis:
 Natorumque luant facta subinde Patres:
 Si dederunt exempla satis rexere nec ipsos:
 Impediant si quo fasque, fidemque modo.
 De seruis & heris deque hospitibusque domoque
 Susceptis pariter iudicium sit idem.
 Publica si culpa est sat habet meritique, malique,
 Vt cito plectatur nec toleranda fiet.
 Si secreta fiet nec apertas possit in auras
 Deduci authorem tunc tolerare licet,
 Si credes, quod se toleratus corriget ipsum,
 Aut tandem emerget sub niue tecta lues.
 Occultus reuerens mihi Iudicis esse videtur;
 Publicus est effrons irrequietus homo.
 Annua erat Synodus Parochorum tempore certo:
 Correctrix nec non annua plebis erat

Cer-

Certa rogandorum series vbi ad ista statutis
 A binis palam de populo exigitur:
 Conueniunt vbi heri domuum tantummodo templo
 Non vxor, seruus, non puer aut alius,
 Cui demonstratur forceps, & virga, lapisque:
 Quo plectenda forent, quo refecanda forent,
 Pro grauitatē mali vel pro leuitate piaculi,
 AERE leui, ære graui aut corpore, si sit inops.
 Inquirat præses factus, atque Notarius ipsum
 Annotat, in specie criminis omne genus.
 Ni quædam referans magis efficienda doceret,
 Quam vitanda (ipsi qui modo finis erit)
 Plectit enim mortale scelus, venialeque tunc hoc
 Si factum secum certa pericla trahat.
 De Parochi AEdituique sui fit quaestio vita,
 Moribus, exemplis officii que statis,
 An etiam AEquales fabricæ bona sumptibus amplis
 Perdant, ad cultum quæ data cuncta sacrum?
 Publicus iniunctis apparitor ipse tenetur
 Officiis quosuis notificare reos.
 Prætori Dominoue suo, satrapæue. Duciui:
 Exigitur post tres multa subinde hyemes.
 In loca cumque rei commigrauere propinqua,
 Mutuo & assensu rite citantur & huc.
 Sic si inter sese concordant: estne prophani,
 Estne magistratus vnio paxque sacri?
 Vt certe commune bonum deposcit. at vsu
 Si venit hoc aliter, certa pericla trahit.
 Namque habet in plæritque locum præuentio causis:
 Fasque simultatum rancor vt absit ab his.

Ne prætextu aliquo incerto dimittere certos
 Hinc impune reos accidat: idque nefas.
 Sunt scelerum species & pænæ, de quibus extat
 Ordo Ducumque recens, ordo Ducumque vetus.
 Sunt pænæ exilium, turres, amissio partis,
 Aut quoque totius, panis & vnda cibi.
 Multaque nummorum, queis deficientibus, aut non
 Proficientibus his verbera flagra, neces.
 Exitit ordo prior fideique potissimus ipse.
 Ne conuenticulis sit locus hæreticis,
 Et ne quisque domi seruis, natisque, vel vllis
 Hæreticos libros perlegat atque finat.
 Hinc delatori veniat pars tertia multæ
 Aurei (vel quoque pro conditione) decem.
 Vt parochus per se aut alium de more iuuentam
 Rite catechesin edocuisse velit.
 Ad quam ducantur famuli, nati puerique
 Iussi, ac exempli iure subinde patres.
 Nec nisi Catholicos Parochus coniungere tentet,
 Nec nisi confessos, pane sacroque datos.
 Munitus Parochi scripto tantummodo teste
 Admitti possit aduena, quando venit.
 Tum quoque consulibus coram vel præside iuret:
 Vt iuramenti hoc edita forma notat.
 Publica Catholico tantummodo fas sit adire
 Officia, hæreticis sint vt adempta manent.
 Deque fide, scitu officii, pietateque constet
 A Edilis Parochis ædituique sui:
 Nec sine consensu certo statuantur eorum:
 Qui super hoc alios consuluisse queunt.

Inuisantque scholas libris vetitisque repertis,
 Siue quod hæretici sint remouento statim.
 Præfectique loci reuocari à mense iubento
 Indigenas, sectæ qui studuere locis.
 Nullus in officio seu sacro siue prophano
 Urbis, Xenodochi, cænobiique locum
 Vendicet hæreticus, qui scripturaque carebit
 Pastoris fidei teste patente suæ.
 Neue domi hæreticus famulus conductor, hunc ni
 Institui vera curet & ipse fide.
 Quo frustrà tentato, aut si quoque scandala serpent,
 Post annum aut alium destituendus erit.
 Nec Parocho dudum de re celabitur illa,
 Ut curam impendat lege probante suam.
 Si quisquam hæretico præconi attenderit vsquam,
 Pars delatori tertiaque æris erit.
 Si cui coniungique foris, baptisate natos
 Vel tingi & panem sumere cura sacrum,
 Hæreticique domi vtatur sermone, lauacro
 Nec curet tingi in tempore quisque suos,
 Multentur: delatori pars tertia detur:
 His incorrectus vertat & inde solum.
 Hæretici sistant non ad baptisma patrini:
 Patrini ad summum sint modo iure duo.
 Quos prius anteaquam admittat, describat in albo.
 Hinc multa immunes ipse rogansque forent,
 Cunctaque (sub multa) ieiunia testa que seruent:
 Tunc zithi, tunc sit clausa taberna meri,
 Cum Parochus sacris operabitur (advena casu
 Ni transit) sacris nec spaciato locis,

Ludicra, vel voces, vel vini potus adusti
 Interea nullo sunt toleranda modo.
 Ante nec undecimam vendi tunc possit emique:
 Nemo, finita hic sit nisi Missa, abeat.
 Tempore ne verito sponsus inngatur vterque,
 Nec post undecimam, (ni dabit æra volens)
 Nec baptisma dato, nisi causa exposulet vrgens.
 Exulet hæreticus præco, vel officium.
 Deprensus vinclis intruditor: atque supremo
 Illico pandantur talia gesta Duci.
 Si quis & hæreticus mala scandala promat aperte
 Siue sacramentis forsan in æde sacra,
 Siue foris plateis, processibus ore, vel actu
 Probrosus, facti pro gravitate luat.
 Ast incorrectus prorsum exulet: ipse vicissim
 Hæreticis Parochus suadeat arte pia:
 Sin frustra, iungatque minas, sibi postmodo nullum
 Siue hac in patria, seu fore in vrbe locum.
 Si quisquam cum aliis non sacram intrauerit ædem
 Officii præsens cum pietate sacris,
 Sacramentorum neque participauerit arrham
 (Conuersum extremæ ni videt hora necis)
 Ipse sepultura careat, nec sit locus vllus
 Communis, templi nec dator ære sonus.
 Omnia sub multa hæc certa incertaque iubentur,
 Exequier vigili præsidibusq; modo.
 Edictum hoc anni quatuor per tempora scitum:
 Post denos annos additu: ordo recens:
 Neglectus quoniam in populo ac vtrisque repertus
 Præsidibus non vrgentibus, vt nec hæc.

Blasphemus summū in Numen Sacramentaq; conforis
 In turri hebdomadas panis, aqua que duas,
 Tum dabit æsinopi dandum, sed corpore finit,
 Blasphemi vt Diuūm, Matris & vsque Dei,
 Auditor, qui celatum toleratque scienter,
 Cuique superstitio, aut consulit (ære) magos.
 Arioli vita, aut membris, sectasque serentes,
 Et motus contra iura, Ducesque suos
 Corporeque, & gazis. Aes primò pendat adulter,
 Corpore tum, vitæ denique morte suæ.
 Quique vel abducunt Moniales, quiue retentant,
 Corpore multentur lege sciente modum.
 His, qui Virginibus contrà scitumque parentum
 Moliti hæc fuerint, intulerintque, pares.
 Personas inter scortatio sæda solutas,
 AERE graui, atque magis si repetita, graui.
 Vfuræ quarta multantor parte retenta
 Ex summa, aut alia vix leuiore tamen.
 Venditio panni protracti, & mercis inique
 Corruptæ, inercis perditione suæ.
 Scripturæ, & libri, tum picturæque probrosæ,
 Emptio, venditio perditione pari
 Prætercà multaque alia: sed pondera falsa
 Mensuræque luent corpore, & ære alias,
 AERE superuacui vestitus sumptus inanis,
 Maiori censu, vt contribuendus erit.
 Conuiuas ne habeant vltra conuiuia centum,
 Si numeres natos, si numeresque patres:
 Aut nisi conuiua hinc pro vnoquoque det aurum.
 Et vetiti sumptus ære superuacui.

Qui fiunt etiam fors, dum baptisma celebrant,
 Et Bacchum, & laruas, suaucanosque choros,
 Et choreas vanas, electiuas quoque fortes
 Sponsarum, aut si quid nomine eo leuius.
 Hinc intempestiua meri, & potatio Zithi
 Seu noctu, id festis siue diebus agant.
 Suspecti & fortes mendici, atque otia vana
 Sectantes vna seu pariterque vagi
 Carcere, & exiliis alias: dimissio serui
 Et famulae nondum his adueniente die,
 Cauponaeque nouae, aut suspectae pluribus ausis,
 Mutuaeque hospitibus suppeditata nimis:
 Quae sublata volunt, pretii aut iactura rependat,
 Aut aëris, velut & vulnera, flagra, minae.
 Praedibusque immorigeris vtriusque minantur
 Ordinis officii demere iure gradum,
 Si neque seruantur ipsorum talia culpa,
 Pæna nec exacta, aut tradita multa fuit.
 Tempa suis fortibus nec non prætoria seruent
 Edictum relegant iudiciumque stans,
 Quo plebs congregatur: primi quoque tempore mensis
 Ambone hæc Parochus prælegat ipse suo.
 Formato sermone suo (qui præuius illis)
 Plenoque hortatus ad facienda magis.
 Nonne reformari si res expostulat vlla,
 Processus forsitan iudicialis is est?
 Erga decretum nuper tale estque statutum:
 Pro captu dictorum hæc & repetisse lubet,
 Sit præsens semper iudex sacer, occupet & se
 Non aliis, salua sit grauitate pius,

Aut alia dici quod voce affabilis aiunt:
 Nec priuata struat iudicia ipse domi.
 Absque petitoris auditu debitor vnquam
 Non absoluendus, sumptibus atque datis.
 Mandatum trutina pœnale expendere dignum
 Maiori: nec det, causa vbi cœpta alibi
 Siue sequestrando, siue est quoque cœpta citando,
 Sit nisi causa merè spiritualis ea.
 Annectat multoque minus mandatum inhibendi,
 Nec statim ad expensas, quoque quis exequitur,
 Ni, ratio vt poscit, quem iure citauerit ante,
 Correctè tantum scripta sibi acta legat.
 Digna legi tantum quoque censeat ipsa, Patroni
 Promoti quæ sunt ordine scripta manu,
 Procuratoris subscripta manuque deinde:
 Definitiuâ ac acta silento alia.
 Causa sibi grauior medium modo postulet annum,
 A præsentati id iudicii que die.
 Dimidium teneat minor aut plenaria tempus,
 Dona que pro actorum conditione modum.
 Procuretores, adigat, sua tempore dicto
 Producant: vltra haud audiat hosce dehinc.
 Excessus Cleri deliberet, atque resoluat
 Se triduo, aut Socio rite remittat eos.
 Cumque hoc excessus emendet iuridicorum,
 Aut deponat eos si meruisse sciat
 Testamenta etiam sic Cleri examinet aptè:
 Anne Notarii erunt more que scripta statò
 Nec prius exequitor, quam rite probauerit ante.
 In confirmatis terminus annus erit.

At bona vendantur tantummodo scripta sub hasta:

Atque horum ratio redditur inde sibi.

Si de haud parendo suspectus forte prophanus

Est iudex, non hunc more citet solito,

Publicè at inserta causa maioris ad vsque

Vim brachi vrgebit iudiciale forum.

Curforum numerus certus sit, nec tamen amplius

Qui nec sponte citent, nec sine nomine eos.

Si quo de excessu constet, tum denique fisci

Nomine, vt accedant, iure citabit eos.

Quando emendandis prodesse videbitur æris

Multa, ita procedat seu graue seu leue sit,

Sit ni enorme scelus Cleri suspensio, siue

Altera cui digno debita pœna modo,

Garceris haud longi tamen, vt pœnæ hic fiet instar,

Vlteriusque habeat pœna prophana locum.

In Synodalibus, atque minoribus euocet ipse

Delictis nunquam (hæc plæraque scripta prius)

Censeri vt sacræ tibi possit omisio Missæ,

Ebrietas, similes his aliæque lues.

Atque viam iuris referato negantibus actum:

Sit procurator, sitque patronus eis,

Nec non cum articulis per fiscum, vt sic, quasi litis

Contestatio sit, iuret & vsque probet,

Vt sit processus tantum summarius iste

Consilium in reliquis promptius esse potest.

Et si tale neget, pœna dignumque nec ista.

In librum multas rite referre decet:

Quas scripsit præsens, vt pono, Notarius illo.

Sintque ad iudicii præsto sigilla locum.

Nec sine signetur nutu quid iudicis vnquam?
 In cistam multa est & referenda suam.
 Ius seruet strictè commune, statutaque cuncta
 Immutata Duci qualiacunque sacro.
 Susceptis Cæsar Ferdinandus fascibus ampli
 Imperii, ne qua parte vacillet onus,
 Processus iustè vt tempestiueque regantur,
 Obseruanda hæc pro tempore iussa dedit.
 Pro foribus Lunæ cuncti sistunto diebus
 Oblaturi vna scripta notanda vice.
 Hæc præ aliis causis librentur in ordine primo:
 Nec dilata vitra hæc octo manento dies
 Dentur & aduersæ parti simul & protocollo:
 Et vice seruetur terminus inde sua:
 Quemque vt seruatum constet, signata docente,
 Procuratorum turma simulque vigil.
 Ergo de reliquo sint plura his cassa relata,
 Finis vt hinc sit processibus atque modis.
 Momentanea nil professio vendicet ex his:
 Quæ sine collatis expediunto statim.
 Distinctim adiuncta & primaria scripta notentur,
 Cum numeris & responsa secuta suis.
 Hinc compingantur completa fideliter acta
 Ore & scribantur testificata manu:
 Nec nisi sint certo tradenda locoque modoque,
 Inuicem ab acceptis littera scripta dator.
 Certum etiam seudis præscriptum tempus & ordo
 Aduena quem seruet, conciliumque patrum.
 Plura quidem memorat distinctius ordo relatus
 Plura relaturus, quoque remitto lubens.

Quat-

Quattuor hæc retuli diuersi edicta tenoris:

Carmine nam memori scripta notata vigent:

Et selecta quidem de multis pauca subibunt

Aulæ iudicium promptius atque scholæ:

Præteritique status simul experientia nota

Multa secuturi temporis acta reget.

Cor cognosco tuum, quod iustum ius tibi cunctos,

Et cupias cunctis ius tribuisse suum,

Idque sine expensis, curis, opere, atque periculo

Præsertim grandi difficilique fatis.

Te quoque linguarum siue ignorantia legum

Terret, Patroni nec bene nota fides.

Quid tibi consilii dem, vix reperisse fatebor,

Qui, reor, haud sum ad cõ praxis & artis inops.

Quã quod consilium breue captũ vel quoq; promptũ

Pro varia desit conditione hominum

Aut ita res modica est, vt eam protendere vanum,

Aut grauis est, iustum vt contrahere esse negem,

Sæpe etenim facti, sæpe ignorantia iuris

Præsidibus desit consilioque suo.

Affectus per sæpe metus & amoris oberrant,

Nec personarum rarius, heu, facies.

Impete procliuis per sepem transitus imam

Per fortem est æquo tardior & grauior.

Vt quoque non reor est ad quiduis quilibet aptus,

Sic quæ circumstant rem, nego nota fatis.

Quilibet in dubio pretio aut prece consulat aptum,

In certo expediet rem fatis ipse suam.

Quamuis consilio & tunc quidam vtuntur agendi,

Vt perplexus adhuc cesset vbique modus:

Ad quod Confessor reputatur idoneus esse
 AEquus consilio nec rudis arte sua.
 Adde quod innumeris iam extantibus orbe libellis
 Vitandum poteris nosse vel ipse dolum,
 Lucripetis quævis nimium ne occasio detur,
 Iudicii ast aliis ansa locusque sui.
 Dicitur & series iam hinc esse potissima litis,
 Si vi interrupta hæc forte probanda venit.
 Dicitur ista frequens Cameraæque potissima Spira,
 Quæ de venandi iure agitanda venit.
 Hæc erecta fuit quondam ius rite datura,
 Augusti dum aulam sumptus adire gratis.
 Post igitur libros post exprimenta que tanta
 Conuentus, Synodus det medicamen eis.
 Quæ ratur ne ius in iure diutius orbis,
 Vis, scelera & serpent, ære grauetur inops.
 Iamne graui sumptu soluendo à Plebe Ducale
 Concilium sesqui sat scio mense trahi?
 In quo præsentès Dux Satrapa, consul, Equestris
 Ordo de belli & munere pacis agunt?
 Ancitius sumptuque leui hic tollentur abusus,
 Si iustæ leges commoditate vacent
 Sectanda propria, recipi dignæque iubentur
 Conuentu tali, qui modus esse solet.
 Ut si abolenda Venus fuerit promiscua pagis,
 Ne parsim degant his aliisque locis,
 Ostia ne claustris, careant, clatrisque fenestras,
 Aut si quæ his grauior parque sit ansa mali.
 Nunquid vbi est pretii lignorum copia vilis
 Turpe vagari extra, turpe carere domo?

Barbaries inculta modum, legemque requirit,
 Vnanimi vt possint ædificare domos,
 Vt pacis tutela fiet, culturaque morum
 Aprior, vt cessent impedimenta magis.
 Vt designatis se temporibus locisque
 Stet domuum series mutua iuncta sibi,
 Fertilibusque locis refecetur sylua reuulsis,
 Ordine quo perstant, stirpitis arboribus,
 Vt latè communis ager bene aretur ibidem:
 Iustum quod satis est non quod abundat, erit.

ELEGIA VII.

De Populo.

V^Erius id vero, quod dictum clarius olim
 Firmavit quoque nunc publica fama magis:
 Cui sunt cum stupido tractanda negotia vulgo
 Cum pecore infano rem putet esse sibi.
 Nec minus hoc verum, quod iusque modusq; vacillât
 Hunc pro tractandi conditione sua,
 Vt prauum relinquat iter, potioreque pergat,
 Montrato rectè planius atque dato.
 Nunquid enim tenera est commissa parentibus ætas
 Grandior at curis hinc vtriusque status?
 Non illi è populo tamen, exemptique nec aptè
 Hi sunt conati munus obire suum.
 Talis & est populus, sit vt hunc vitare necesse
 Sæpius, excelsa sitque domandus ope.
 Nonnulli ex ipsis impingunt cornua paruis,
 Aegrius vt possint ire salutis iter.

Quis

Quis componet eos inter se, diuidet æquè,
 Temperet affectus, ius doceatque pium?
 Quod pulchrum est oculis, quod & admirabile fama,
 Quod carni gratum, mundus auet, vel agit.
 Nullus in inferno si sit tolerabilis ordo,
 Non mirum est, cum lex hunc quoque nulla reget,
 Consilioque egeat nullo immutabilis æui
 Tempore perpetui væ scius atque tenax.
 In vita populus tenet acceptabile tempus,
 Seducendo aprè, quique præesse volunt,
 Quos non cogit ad hoc vis sed sua prompta voluntas
 Nosse pericla vagæ, ferreq; gentis onus:
 Quod cum sollicito faciendum Paulle labore
 Hortaris: tam plebs esse molesta solet.
 Vis offendiculis nec eam seducere quenquam,
 Grata ministerii semper vt arrha fiet:
 Dogma propinari verum vis, atque salubres
 Hortatus zeli cum grauiore modo.
 Pura licet vult plebs aliena labe videri,
 Vix tamen hoc vitat, se mouet atque tenet.
 An cæret exemplo populus veterique nouoques?
 An non Ortologo fonte sitimque leuat?
 Apta doces? renuunt. census data portio? liuent
 Durum à stirpe genus more, statuque suo.
 Ni data lex Domini, data lex constringeret orbis:
 Quæ nec auaritiam sat tenuisse queunt:
 Quin tibi suspectum faciat procul omne remotum,
 Et faciat, propter quod stupet atque gemit.
 Sive Dei nobis contradita dona fatiore,
 Sive bonum ad proprium, siue propinque tuum.

Usurpare petunt prauè sibi clam vel apertè:
 Duritie gaudent, ludibriisque nimis.
 Quos Deus in sacro Mystas dedit ordine genti,
 Et quibus imperium cætera iura sinunt
 Nonne malis nutant plebisque suisque diurnis,
 Quæ magis horrescant, quam memorata velint?
 Quos nisi plebs adamet, iussis parere recusat,
 Commoda quæ fructu non ratione probat.
 Vix lex, vix ratio plebi sincera medetur:
 Tot poscit votis effugiisque malum.
 Quomodo vel quando vetus elucescet honestus,
 Tum syncerus amor, tum quodque sancta Fides?
 Vix postrema animi vix prima intentio ab hostis
 Continuo insultu libera fortè manet.
 Sæpe quid efficies? sed serò. An fructus is vber,
 Firmusque? Exterior, sæpe nec interior,
 Siquid ornittendum, si quid reputabit agendum,
 An temerè & vulgò sic fit, id ergo probat?
 Non rarò comitata dolum victoria prauì
 Noscitur aut tardè, vel graue vulnus habet,
 Blanditur passim sibi turpiter ore facetus
 Gestibus exemplis, vanilo quisque suis.
 It clamor cælo: nullus respectus honesti
 Astantis vel eum pone sequentis erit.
 Iactabundus adhuc tibi persuadebit iniqua,
 Quæ quoque abhorres cernere mente tua.
 Forfitan insignis rector quoque coniugis hic est,
 Cui finit omne malum, non iubet omne bonum?
 Istiusne domo lolium maturius exit,
 Officia in templis pæne sepulta iacent?

Fortè

Fortè leui (quis enim tam prouidus vr nihil erret?)
 Errore imbuitor quis maculaque leui.
 Cur aded n̄uos hos exagitaueit alter,
 Atque adeo ex musca fecerit ille bouem?
 Cur tamen haud perges spe & zelo fortior hoste;
 Quicquid agant, reputent. obiciantque mali?
 Si quid & ædificat, non rarus destruet alter,
 Siue latens hostis seu quoque apertus is est,
 Metiri se forte tuo pede poscit ineptus.
 Clari forte status æmulus ipse tui est:
 Vel sibi tantundem vetita promittit ab arte,
 Quantum grandi opera tu tibi & arte graui.
 Simplicitasne breui est alibi moderata tenore,
 Dupla licet poscat frana subinde pudor?
 Complures optant Diuum reperire fauorem:
 Non formata ætas sat puerilis obest.
 Suntque pusillanimes aliena mole grauati:
 Quos rigor in rectas compulit ire vias.
 Sit quodcunque reor, felix hoc esse necesse,
 Quod cogit quosuis ad meliora rudes.
 Infelix ruditas est, quatenus ania quærit:
 Et surda monitum præterit aure bonum.
 Te reputante iocum his res seria forsan agetur:
 In ludum vertent te reputante malum.
 Ut laxè degunt, sic laxis moribus extant:
 Constringi tardè vix pietate queant.
 Sublato vereor ne tandem ponte reclusa
 Ad Cæli maneat sidera porta vehens;
 Ut ferò ludas male partum reddidit, utque
 Immitis saxi more Nabal obiit.

Va vobis, patrociniū si mutet in iram
 Aliger ob spretum Numinis imperium,
 Quod fit non plenè seruando cuncta ad amūsim,
 Quod reddendo malam fit male agendo vicem.
 Simplicibus speciemque mali præbendo, Deique
 Seditando bonis, nec faciendo lucrum.
 Militiæ assiduis excursibus arua grauantur:
 Vis metuenda tibi est, visue ferenda tibi est.
 Cereæ corda gerant, his vt mollescere possint
 Ignibus, an fiet durius hisce lutum?
 Contemptis leuibus næuis improuidus auget
 Sensim alios, rimis vt ratis haurit aquas,
 Donec laxatis penitus luxatus habenis
 Obruitur visus vix reus ante sibi.
 Temnite ne primos vitia ad capitalia motus,
 Vnde ruunt celeri non mala pauca gradu.
 Singula sedantur ne mōx peccata, vicissim
 Iam fuga, iam sensim motus iterque iuuet,
 Donec erit solidum vincenda ad fortia robur,
 Pro Domino vt tandem fata subire petas.
 Vt solet alternis medicina iuuare diebus,
 Sic alterna quies & labor omne domant.
 Certior innocuæ semper custodia vitæ:
 Ah nocet, ah nocuit vincla tulisse Slygis.
 Rectorum quoties status attentauit vterque,
 Ne votis quiuis viueret vsque suis?
 Otia semper amant, adamant vt & otia semper,
 Nilque boni faciunt, nil fugiuntque mali.
 Seu lucra cessabunt, seu non mage viuere quærunt
 Siue fauore tuo, siue labore tuo.

Quæ duo si cessant, fruituræ aut vititur alteri,
 Tunc fauor ipsorum, tunc amor omnis abit.
 Multa dare ingratum est perdere, dixerit autor
 Id vetus, at præsens vltus obesse magis.
 Est obliuisci doni procliue recepti:
 Gratia multiplicis si tamen vlla dati.
 Vix scintilla quidem pietatis surget, & vnum
 Vix aberit scelus ob munus amice tuum.
 Ipse verecundus quamuis vix dona reposcat,
 At Paullus gratum postulat esse virum.
 Contentus paucis peregrinans esse iubetur,
 Opprobrium vitæ ne ferat ipse vagæ.
 Dona petens vel dignus erit, fieriue labore,
 Desidia aut studio non ea quærat opum.
 Non lex, non legis notitia siue propago
 Quæritur à Doctis, regibus, atque libris.
 Velle regi simulat plebs, refractaria si sit,
 Puniri, atque Ducis nomen onusque pati.
 Si lentum ad pænas culpat, monet, exprobat, vrget
 An sincero odio criminis illud agit?
 Si promptum à pænis reuocat, terretque, fugitque,
 Virtutis studio nunquid & illud agit?
 Plebs verbi studiosa Dei laudatne disertos
 Quos errare putat, iudicat atque iudes?
 Nunquid agit studio vel libertatis omittit
 Plurima, & irritat, necit & vsque moras?
 Si doctos rudis, atque malus mala corrigit, æquo
 An facere hoc animo, more pioque putat?
 Multa quidem à rudibus suffert indigna magistris
 Præsidibus, sociis, Nobilibusque malis.



ELEGIA VIII.

De Correctione plebis.

Qvandoquidē pœnā est potis vtraq; iure potestas
 Corrigit, & vulgi rectificare vias,
 Ne tibi vel nomen detur vel gratia frustrā
 Se ditando bonis, nec faciendo lucrum.
 Cum sciat hoc Parochus, quod quis Mortale suomet
 Præmonitu, aut zelo corrigit ipse suo,
 At si proficiet nihil, aut non audiet alter
 Plærumque in sacris subditus ipse sibi,
 Immunis manet à culpa, scriptoque vel ore
 Protestabundum se velut ipse geret.
 Dixero de toto hæc, sed si de partibus inquam,
 Nonnulli hoc ipsum forte decere negant.
 Nam ratio in multis homini declarat honestum,
 Et, libri in multis certificare queunt,
 Edita quos series, quos docti, & Biliopola,
 Monstrat, & in variis Bibliotheca locis.
 Non veteres defunt capti & meliorem recentem:
 Sunt quorum auctores artificesque pii.
 Si cui vel breuitas placet, aut præ mole requirit
 Hanc onerum, libros est reperire breues.
 Si placet aure tenus Duce cognouisse Magistro,
 Ecce patent cuius claustra, Lycæa, scholæ.
 Ne desint vnquam, doctus nunc ordo piusque
 Europæ in magnis vrbibus vsque viget:

Quorum consilio vruntur Regesque, Ducesque,
 Qui fidi Patres sunt, sacra Roma, tui.
 Theologi veteres, Thomas quos inter Aquinas
 Eminent, vt varii hinc annis origo scatenus,
 Præstruxere viam vitæ & dogmate clari:
 Albertus Magnus Præsul & ipse Gregis:
 Tempore quique suo studii compendia scripsit
 Theologici, si quo tunc opus vsque fuit.
 Quis Bonauenturæ vitam & non nouerit artem,
 Quæ magnis libris edita perstat adhuc?
 Pontificiis summi qui oratio doctor habendus,
 In claustris, Templis, AEdibus atque scholis.
 Non minus inque suo Doctorum tum ordine felix
 Temporis ipse sui. Lux Raimundus erat.
 Hinc Antoninus quadringentesimi Alumnus
 Sæcli præcipuus scriptor in arte sua.
 Hi præcessorem sunt te Augustine secuti,
 Qui sectatores hinc habuere suos.
 Quamuis aptuis hoc & tempore clarius ipso
 Non semel in lucem prodiit omne genus:
 Vt ceu productum videatur stare teatro,
 Quod inundo notum non fuit ante satis.
 Cumque duces habeat tam sancta scientia sanctos:
 Ex quorum retuli iam ordine quinque prius:
 Sancto igitur nobis tractanda est sine, modoque,
 Quæque bases super has est statuenda salus.
 Vt nequit à Medicis si certa scientia haberi
 Quis morbus, morbi quæue medela foret,
 Excernunt tunc, quod magis esse probabile credunt,
 Errorera vt vitent, attamen, vsque student:
 Exper-


Expendunt, adhibentque alios, curam atque laborem
 Supplentes studium siue subinde suum,
 Tum si præscriptis æger vix ipse in edelis
 Annuit, inculcant, qua ratione queunt:
 Inquirunt morbi causam, sedemque, habitumque,
 Tempus item, & vires, quid premat, atque leuet.
 Quidnam operaq; sua, aut aliorum, aut sponte suamet
 Proficiet sanus certius arte sua.
 Nobilior cura his animarum poscit eodem
 Iure magis, quæ ægris sint adhibenda reis.
 Magnates adigit magis inculcatio fortis
 Clam lenis, sed non publica siue ferox,
 (Præterquam raro si non modus alter habetur):
 Ne nota ipsorum scandala labe fluant.
 Ut bene dispositis rariuncula sufficit vna:
 Apra medela aliis sic mediocris erit.
 Neglecto officio si plebs sit pessima, valdè
 Rectores pœnam promeruerè grauem.
 Si non hi curant, quod possunt, quodque resciscunt,
 In longè positis, aut dubiis quid agent?
 Si neque spe lucri quid agunt (vt quando potentes
 Fas multare graui multâ, inopetque leui)
 Quem vitæ in propriæ facient discrimine sumptum,
 Publica si poscit tale quid inde salus?
 Hieroboam factus rex nutu Nummis, ore
 Vatis sceptrâ volens constabilire sua
 Vius non recta fuit, ast hypocrisis arte:
 Abrogat & cultum Numinis ergo sacrum.
 Inque suas falsum cultum introducere terras
 Plebis ad interitum nititur atque sui.

Iudicium rectum est si non affectus oberret:
 Si bene de rebus certificatus eris.
 Ergo sola regat ratio non praua voluntas:
 Discendum à doctis ergo librisque bonis.
 Præsentum de præsentis notitia semper
 Certior esse statu reque, modoque potest.
 Nunquid de Indorum Iosephus Acoſta salute
 Curanda quondam scripserat arte librum?
 Pro terra scribendum aliis quacunq; referuans,
 Vt sese obtulerit forsitan anſa magis?
 Estne precum liber & variorum exercitiorum
 Patrum opera Iesu iam editus ante diu?
 Quoq; monent Parochum, vt rectores moribus ornet
 Amplius, vtatur subsidiisq; magis,
 Quorum communis prouentus & ipse salutis
 Certior, vberior denique fiet ope.
 Quoque monent expendum, cuiusque saluti
 Quidnam conueniât pro ratione magis:
 Defectus aliâs aliâs hominesque notandos,
 Ne quis priuatâ destituatur ope.
 Extat & hoc ipſo paruus liber editus anno
 Filucii exceptus vberiore libro,
 Qui plenam Parocho tradit pro casibus artem,
 Si plenum hac forma sit reperire breui.
 Cuncta Reginaldus ingente volumine in vnum
 Authorum ex libris consociauit opus:
 Voluendum & praxis breuioris cuique libellum,
 Officio nemo desit vt vsque suo:
 Exiguamque alium, qui raros continet atque
 Difficiles casus, quos quoque scire refert

Si facere officium per se volet vsque fatendi,
 Sive sit è populo, seu quoque Mystra foret,
 Instruit hunc simili solida prudenter opella.
 Quis meritò parochus nemo carere volet.
 Mandato non id quoque præfulis ipse recuset:
 Inniti iusta quod ratione reor.
 Seu, reperire datur velut inuentaria quædam
 Pro successorum commoditate bona,
 Sic pro communi priuato aut quolibet vsu
 Aut liber aut remanet bibliotheca loco.
 Forsitan incurres in libros Iuridicorum,
 Quorum responsis omnia plena reor,
 Vt non sufficiant Elephantum plaustra vehendis,
 Iuriconsultus Lipsius vt retulit,
 Quique coarctandas leges breuiore maniplo
 Admonuit laxas, absque modoque vagas.
 Nec minus instituit Dux hoc si vita superstes
 Mantisset, ius & municipale simul.
 Nonne fitis multosque modos & repperit artes
 Argenti, quibus æs conflet & vsque trahat?
 Exigere at multas à peccatoribus, estne
 Iustior, æs possis quo tibi habere, modus?
 Exigit has etenim dandas respública iure,
 Pro mercede Duces dant quoque præsidibus.
 Quique sciens multas non exigit, atque minister
 Qui deferre negat, reddere debet eas.
 Ergo Præsidibus fas est perrumpere crimen,
 Parcere personis sumptu alioque suis
 Nunc reparandarum prætextu forte viarum,
 Sive nouæ Sobolis coniugis, atque domus

Nunc expectato dandi pro iureque doni,
 (Quisique vicissim aliis redditur anfa modis)
 Producendorum nunc longè iudiciorum,
 Et si quæ ars ipsis altera nota magis.
 Carcere vel multis lethalia crimina digna
 Rectorum ante oculos dissimulata vides,
 Sive metu nimio popularis forte tumultus,
 (Nec ratio ista locum tempore pacis habet)
 Sive molestandi sese, irritandi, & amicos,
 Pollentes auro & nobilitate viros.
 Lege Dei personarum est acceptio stricta
 Sacris non sacris præsidibus vetita.
 Principis à castro res incipienda vel vrbe,
 Letiferum vt reliquo hinc cesset in orbe scelus.
 Quod nõ tantum opus est, sed & est neglectus inertis,
 Deliciæ, lusus, otia, vita vagans,
 Cauponæ circa templum, spectacula, merces,
 Temporeque officii statio siue quies.
 Si cesset maior præses, quiuisque propinquus:
 Tu fac, & ipse Deus multiplicabit opus.
 Plurane de grege, præsidibus, pagisque notabo
 Nota, ignota statim, nec medicanda statim?
 Frugi & iners, vrbs, pagus, inops, dis, nobilis, imus,
 Inter se latum dedecus omne cient.
 Contra quæ latum mandatum Numinis extat:
 Hoc capita, hoc populum corrigat atque beat.

ELE-



ELEGIA IX.

De officio sacerdotis.

HActenus obfedere quidem nos tempora dura
 Hæreseon monstris freta, vel effugiis:
 Quæ Deus in meliora potest mox vertere solus,
 Ut cuncta à reprobis sint loca tuta lupis.
 Nam se præstare hac animosum parte necesse,
 Fidereq; has remoras iam remouente Deo,
 Expertos medicos exquirunt corporis omnes.
 Expertos animæ quis cupit, atque rogat?
 Detinet hinc multos iniusta vel improba vita:
 Ante annos centum ceu Rosimonde doces:
 Scitorumque queat si vix meminisse, satisque
 Presbyter, & doctos consulat, atque libros.
 Si breue curandis animis tantum modo tempus,
 At conseruandis sæpe recurrit idem.
 Res est continuis intolui dura periclis:
 Vicinis sidis si sociisque cares:
 Si prætura tepet, si munera larga sequuntur,
 Si lex politici crescit iniqua fori:
 Vis exemplorum si sensim mutua vastat,
 Et cognatorum per studiosus amor:
 Si maior maioris habes onerisque sodales
 E Clero, auerfi sint que, pii que minus:
 Sæpe malum est aliquod vicinam propter adhærens
 Exempli vitii, officii que mali,

AEmula cum socio si rixa subinde resultet,
 Præsidibus nullis, nilque decora sacris.
 Nunquid & impediunt congesta negotia Clerum
 Nec præfinita hæc, vt puto, certa sibi?
 Si neque confidunt Domino, & nimis alta pererent,
 Quæ captum vires exuperantque suas?
 Et si pertractent obiter Myſteria ſacra
 Solicitant Diuos nec prece sæpe ſuos?
 Cum ſecta oſtentat ſua circumfertque pericla,
 Quæis morum ſtadium pænæ vel omne labat;
 Cum vigilant hoſtes perque otia, perque laborem,
 Vt perdant iuſtos an vigilare nefas?
 Si ſtabilis nocumenta parat ſæx impia quantò
 Nos erimus ſtabiles in pietate magis?
 Nonne repurgemus lolium, fructumque feremus
 Conſtanter, prout ars, anſa, locusque monent?
 Cur populus ruit? Haud rectè applicuere ſalutis
 Huic pretium, quorum muneris illud erat.
 Quodque ſibi ſuadere poteſt, hoc præſbyter aptè
 Suaſerit ipſe aliis factus & omne aliis.
 Mos nam mori hominum, quàm ſas ſe accommodat aptè,
 Vt profit tantum, non vt obefſe velint.
 Præfecti ſiunt ſic omnibus omnia Myſtæ,
 Neglectu fieri ſi queat abſque ſui.
 Ipſe aliis Chriſti ſeſe ne accommodat actus
 Pro vitæ geſta conditione ſuæ?
 Nam Samaritanæ ad puteum ſua geſta recenſet
 Cum Nicodemo ortus de nouitate hominis,
 Quatenus hic quadrat quadam ratione ſoloque
 Et cælo, aſſenſus promptus vt eſſet cis.

Quæque

Quæque hominum species. affectu, more sueto,
 Voto summo, imo, dispare suntne statu?
 Disparitas mediis est disparibusne iuanda?
 Quæque pares fuerint par mediumne iuuet?
 Cænobii socius socium aptius omne docebit
 Tam scitu legum, quam paritate status.
 Ne cæcus cæco ductum præstet male, primò
 Expertum ars reddet, cognitus usus & hunc.
 Fortuito hic nihil est sine nil ratione parandum
 Credendumque: fides rara frequenter auis.
 Consilia haud iusta præpostera voce probarim:
 Semper at hæc factis antecunto suis.
 Aetas omnis enim, status indiget, omnis & ordo,
 Plus licet hic, aliter, tempore plusque alio:
 Utque dies non totus abit cantando, ita cunctis
 Haud locus est rebus, quælibet hora quadrat:
 Hæc præculæ possunt, hæc publicus usus & illa
 Priuatus prout ars, ordo, locusq; monent.
 Est obiurgandi modus est angore levandi,
 Seruandi, dandique est modus (ista patent)
 Tempa frequentandi modus est, domibusq; vacandi,
 Est modus in vetitis, in licitisque modus.
 Est modus audendi. modus est quandoque timendi:
 Dum sacra inis, viuis rite, regisque bene,
 Et quibus vtendum rebus, quibus estque fruendum
 In studiis, domibus, vestibibus atque cibis,
 Ne modus inuertat peruersus & omnia turbet,
 Ne recto fiat nil quoque sine suo.
 Urbanè urbanos sic fas monuisse: secuta
 Quid se mors prauum tale fuisset opus?

Si tamen haud capiat gens rustica non nisi pænæ
 Nomina, de iusto iudice, deque rogo,
 Vnde & ad ingenuum sensim ducantur amorem,
 Quique à filiolis nomen habere solet.
 Denique quando reis rigor est adhibendus, ut aiunt,
 Solamen sequitur posteriore loco.
 Vera sagax ratio, virtutem comprobat hostis:
 Est in sincero gratius omne bonum.
 Quando offert sese faciendi occasio magna,
 An temerè referes, an tua labia premes?
 Nec labor hic orbis fructu solet esse beato,
 Qui captus Summi Numinis arbitrio,
 Sæcla cui magnas dicentque sequentia laudes
 Spargenti clarum latus orbe decus.
 Adde quod & Dominus iubet his confidere factis,
 Quæque manu tandem perficienda sua.
 Qui populo præferre facem vult dogmatis, hoc vult,
 Ut culpa pereat, qui perit vsq; sua.
 Sunt qui hominum affectus magis expugnare laborēt,
 Vtilior quorum creditur esse labor.
 A detestandis, plangendis atque fatendis
 Sumere principium fas pietatis erit.
 Criminane à Mystra sunt dignoscenda peritè,
 (Qua fieri poterit) mortifera anne sient?
 Ast horum speciem si quando necesse, rogabit,
 Et numerum certum, certus vt esse potest,
 Aut verisimilem, quod si nec posse videtur,
 An opus ad tale, aut tale paratus erat?
 Namque in quærendo cautela requiritur aptè:
 Dicendique animos absque pudore dabit:

Præfertim primo, dum hunc excipit ore benigno
 (Nam nec cum risu, nec leuitate decet)
 Inque viam ducet, iam initam retinere moncbit
 Persuadendo bonam, sed prohibendo malam.
 Præcedente tamen examine singula iusto,
 Sponteque narrandi concomitante modo,
 Nam cur assuesci non fas sit sponte fateri,
 Pro semet meritò ferre laboris & hoc?
 Si tamen institui vix gens ità rustica possit,
 Aptè habita hanc debet Mystra rogare mora.
 Si planè & plenè, speciem dicatque rogatus,
 Aut per se hanc dicat, si modo norit eam.
 Nam bene habet, per se si plæraque nouerit horum,
 Officii fuerint qualiacunque sui,
 Nil falsè & temerè, nil turpiter atque superbè,
 Nil si intricatè & dixerit ambiguè,
 Nam de nescitis, tunc, cum sciet, esse fatenda
 Aiunt, de oblitis tutius esse monent.
 At si tam simplex foret & rudis ipse sacerdos,
 Vt grauium & leuium nesciat ipse modos,
 Mortifera à leuibus distinguere, iudicet vt nil,
 Ignoretque statum mente proinde rei,
 Inquirendus ei certè tunc doctior ipso:
 Falsio præcedens ac iteranda foret:
 Ni sit Barbaria in media, qua nemo repertus,
 In singlis poteras nec docuisse rudem.
 Ergo sat officii Mystrarum, vt singula plenè
 Vsurpanda suo tempore nota habeant,
 Quæque expendenda & repetenda scientia, quæ fas
 Aptè vti pro hominum conditione fiet.

Si casus forsan se aliàs non obuius offert,
 Si discessurus sit reus inde, graue est.
 Quid facias ignarus ei? patet ergo salubre,
 Si doctus semper, si que paratus eris.
 Præsertim cum non desint nunc orbe magistris,
 (E Iesu quales ordine laude sacro)
 Qui dicant accuratè modo cuncta palæstris,
 Quos etiam assiduis comprobat vsus in his:
 A Ereque non desit coemendus idoneus author,
 Inter quos primas iure Becanus habet.
 Seu Reginaldus, maiore minoreque libro:
 In quibus inuenies plæraque scire volens.
 Nunc quoque alit multos Ecclesia diuite censu,
 Quos studii & morum plus decoraret onus,
 A Domino ingeni si vellent viribus vti,
 Exemplis, operis, subsidiisque datis.
 Plurima prætereo, quæ quandq dicere versu
 Nec pote nec fas est, insinuasse sat est.
 Namque loquor doctis, quæis nunquam copia defuit
 Librorum gratis, vel prece, vel pretio.
 Lam propior morti Mystes fortasse dolebit
 Se Confessoris munus obisse rudem,
 Se Parochi officio functum, quæ dulce, decorum,
 Non qua fructiferum gentibus illud erat.
 Namque superficie tenus emendare nocentes,
 Dirigere errantes constabilire leues,
 Aut rarò aut non ad deducere pascua, quæ sat
 Sufficiant, ne quod murmur in ore ferant,
 Aut non obstantes qua fas & quo pote nisi
 Frænare, vt lætè pacificèque sit his,

Non

Non satis officio fungi est, sed quærere semet,

Hoc est delicias, commoda nomen, opes,
Perfunctoriè enim, nec adulatoriè agendum

Pastori, bona cui prospicienda gregis
Siue iubentis agat, suadentis, siue monentis

Partes, cum exemplo promouet, aut aliter.
Sed de his cur metris mihi agendum pluribus esset?

Qui potius partes pauca monentis ago?
Interea Doctis meritoque lubensque relinquo,

Si de illis tutò sermo solutus agit.
Ne meritò sibi non hæc intellecta querantur.

Et frustra calamos triuero, siue dies,
Frustrà immo, rarus legat hæc si scripta, videbor

Scribere: nec moror hoc si meliora tenent,
Et potiora quidem, simul vberiora, suisque

Attestata modis, & ratione pia
Scripta pedestri etiã, sermoneque lucida, hiulcis

Lectorem nusquam te remorante metris:
Nam fieri per paucã fatis quod posse videtur,

Aut factum est, frustra per modò plura fit hoc.
Adde quod & libros super his inquirimus aptos,

Et terminus notos, reppetimusque fatis,
Nec legimus casus perplexus si incidit, ægrè,

Pensamus latè sed bene agenda fatis,
Optemus moniti hæc, quod opus sit dexteritate

Officii, ac apto fine modoque pii,
Omnia vt utiliter fiant prudenter & vsu

Consueto sanctis Catholicisque viris.
Audiat hæc rector quiuis sacer atque prophanus

Audiat & quiuis subditus, oro, libens,

Qui

Qui bene doctrina exemploque præesse tenetur,
 Dyſticha quæ tria nunc hauſta aliunde dabo.
 Nil iuſti reputant letali enormius actu
 In conſpectu hominum, Numinis atque ſui.
 Scit Deus, aſidue tibi quæ dat fulcra ſalutis
 Vtenti bene eis plura daturus abhinc,
 Scit tibi quod potis eſt labor atque induſtria maior,
 Quo melius partes exequerere tuas.
 Multi multa ſciunt media, impedimenta que certa,
 Siue probabilia, vt cautius omnia agant.
 Non dubito Parochos multos, ſacroſque miniſtros
 Conatos populo conſuluiffe rudi,
 Aduertiſſe etiam, quod prima ſit aptior ætas,
 Oblique patres ni hoc aliterque vetent.
 Senſit id Alphonſus Tolofanus iure profeſſor
 Muſſipontanæ & Doctor vtroque ſcholæ,
 Cum monet impenſis Parochi hæc doceatur vt ætas,
 Et ſit ſe iunctus ſexus vterque loco.
 Cernuntur plures alieni sæpe ſalute
 Subiectæ turmæ, sæpe ſalute ſua:
 Quid miram, fruſtra parochus ſi talia tentet?
 Vix fidos ſocios inuenit atque patres,
 Imbutos quoque clam perſæpe erroribus, & quos
 Prætextus quiuis ſemper inanis agit.
 Eſtque ſimul, lati locus inuidiæque ſub iſtis,
 Qui mærent parochi qualiacunque lucras,
 Eſt & auaritiæ locus, & ſi his vita que cæleſtis,
 Alterius ſexus nexibus atque dolis.
 Si propria inq; dõmo Parochus ſtruat ipſe palæſtram,
 Hic vel vt adiutor ſemper adelle queant, Sique

Sique habeat puerum scribendi ac arte canendi
 Instructum, solus cum quoque degat eo,
 Fortassis finem res est habitura fat aptum.
 Cum plerique scient scribere, vel legere.
 Causa, puto, melior Domino Duce vincet, eandem
 Urget si Parochus quomocunque potest.
 Quodque decet pretii, atque iuaminis, atq; fauoris,
 Tempora cum reliquis commodiora dabunt.
 Humanus petitur fauor vndique linquitur ægrè,
 Officii obstaculum non leue Mystra tui.
 Vidimus hæretica quod nostra ætate frequenter,
 Ingeniis duris quæ scatur atque malis.
 Aut tibi cedendum est, aut sunt diæteria falsa,
 Vanaque & auriculis dura ferenda tuis.
 Non placuit quidam tantisper, donec & ipse
 Improbulis vellet se sociare bibax.
 Hæc cautela piis contra nitentibus esto
 Dogma nec applausus, nec paradigma tibi.
 Quidnam rusticius, quam turpi voce facetus
 Et gestu, & risu si videre aliis?
 Tractanti hæc alii te abiturum protinus aias,
 Nec rediturum haustus si urgeat ipse pares.
 Aut si detineat temere te longius æquo
 Ultra horam, aut aliam, nec breue tempus id est.
 Visus honorari est conuiuia semper eorum
 Euitans, quos tunc fors sibi subdiderat.
 Casu accedenti cauponam stare licebit,
 Et solum causa vix capere absque graui.
 Vix tum acceptandis monitis quis idoneus esset,
 Fietet imprudens consiliisque nouis.

Sæpe quis inter agit, statuit vel pocula spondet,
 Quæ renouare nefas vel reuocare pudor.
 Præsumunt quidam facere & nosse vndique rectè
 Se solos, alios despiciuntque nimis.
 Ambitio tenui consensum inculcat ab imo,
 Aut virtutis inops vult tribui hunc generi.
 Sæpe nocent grauitas emendicata, coacta
 Virtus, & vultus dissimulatus eis.
 Vrbanus ne, humilis, qui se aptè accommodat omni
 Gestu & honorando voce modisque aliis
 Offerri digno solitis, num & gratia, forma,
 Eloquiumque decens pectora nostra trahit?
 Nec propria vtilitas est conuersando petenda,
 Captandi lucri, laudis, opumque modus.
 Laudipetis petitur nisi compensatio facti
 Importuna, velut bilis amaror item.
 Iudicium rectum est, si non affectus oberret,
 Si bene de rebus certificatus eris,
 Vt Becanus ait. Quod de ipso denique censes,
 Hoc de se potius censeat ipse licet,
 Doctior & melior multis non vsque timebit
 Censuris cunctis altior atque meis.
 Pace tua Becane, rogo, breue dixero quiddam:
 Orthologæ Doctor Rector itemque scholæ
 Te facer in cunctis te consulat ordo prophanus
 Attentè lectum, iudicioque graui.
 Quod sis sufficiens solus, erresque nec vsquam
 Affectu, lecto certificatus eris.

ELE-

ELEGIA X.

*De R. D. Decano Holtschaviensi in causa
Fidei Martyre.*

Pandite Morauides Mundo spectacula Musæ,
Atque triumphalem ferre per astra chorum:
Tempus Holichauij laudes cantare Decani,
Exemplo Domini qui fera fata tulit.
Da celebraturo mihi te viresque modosque
Digne solo Pastor, Martyr & apte Polo.
Teutoniæ nuper rumor peruaferat arua,
Atque utinam veri posset habere parum:
Multorum terrore animos perculserat acris;
Nec traxit paucos in sua fata viros.
Dira rebellantum per agros sæuire per Vrbes
Turba Bohemorum cæperat aula nimis,
Excluso è regno Matthia Cæsare primum,
Eiectisque aula Cæsareis Ducibus.
Prælia paulatim non edita pauca per agros:
Silesii immunes, non Morauique manent.
Turcicus Austriacis Vasallus finibus infert
Assensu Regis plurima damna sui:
Qualia vix quadraginta ferâ bella per annos
Vix dederint fama teste, librique notis.
Non ibi Catholicus tutus grex, secta nec vlla,
Sæuitum in cunctos vi furiaque pari.

h

Auxi-

Auxiliatricem cum parvam denique in agros
 Mitteret hos Cofachum Pannonis Ora manum,
 His Holichauius procedere destinat Heros
 Obuius in manibus Cæ'ica sacra ferens,
 Cælica Sacra Dei pro nobis panis in Orbe
 Oblati panis non remanentis ibi,
 Ut tutas villas, intacta n. apalia cuncta,
 Utque gregem saluum posceret esse suum :
 Sic quoque Iacobus supplex processit ad Esau,
 Suspectus sœuæ qui sibi mentis erat,
 Donec coniunctis cõiissent fœdera dextris,
 Pacatumque suo pro grege mansit iter,
 Ipse licet Parochus nihil est molitus & ausus,
 Hostili potuit nilque patrare manu,
 Infestas nequit tamen hic euadere lectas,
 Quin pede cogatur vinclaque ferre manu,
 (Horresco referens) tractus per membra, sinusque
 Prodere, quas nescit, cogitur insidias.
 Suspensus triduo plumbum graue crure gerebat:
 Ast animo certè non erat ille leui.
 Viscera per castas longè patefacta patebant,
 Nec confessa Ducum culpa vel vna patet,
 Præbuerat culpas quibus ante fatentibus aurem
 Officii promptus pro ratione sui.
 Factio nulla fuit, quæsitæ tragædia nulla,
 Nullaque suspicio proditiõis erat.
 Per tamen hanc septem noctesque diesque requirunt
 Corde nec ore aliquem dante pio gemitum.
 Quis penas tanto toleratas tempore narret,
 Tanta quis Athletæ robora Catholici?

O Segere pio populis præcognite zelo,
 Cognoscendus eras denique sine pio.
 Gratuler; an doleam? Nobis exempla supersunt;
 Parta salus tali morte beata tibi.
 O Martyr saluè pie. Mens tua sede recepta
 Cælica, honorificè membra sepulta vigent,
 Prodigis, signisque vigent testantibus ad quem
 Quali Martyrio veneris ipse Thronum.
 Cæsa tuum recipit te dante hic sœmina lumen,
 Satiantur plures hic ope, Sancte, tuæ.
 Aspice nos etiam Cælo, optatæque salutis
 Participes zeli nos quoque redde tui.

ELEGIA XI.

De affectante otiosam vitam.

Affectasse ferunt leporem magis otia curis
 Hinc amat, ut viuat censibus, artis opus.
 Iam studiis septem gemina lepus arte potitus
 Proventus petit à Rege Leone redux.
 Se iubet ipse sequi, & specimen dare quodlibet artis,
 In propiusque tulit gressus vterque nemus.
 Vrsus homo hic arcum in vulpem contendere & Vr-
 sum,
 At Vulpes ictum subfiliendo fugit.
 Arboris ascendit truncum vrsus robore fretus
 Pectus & exponens ictibus, vnde cadit.

Tum Leo, iudicium de casu versibus ede,
 Respondet, veteres sic memorasse, lepus,
 Consilii magis non victoria roboris esto.
 Est stultis robur sæpe ruina suum.
 Egredi in campum seruorum iurgia contra
 Auscultant Dominum: clamat hic, ille tacet.
 Immunis tacitus, clamoribus verbera suffert:
 Iudicium, Leo, ait, versibus ede lepus:
 Sermo subinde iuuat, plærumque silentia tuta:
 Importuna refert verbera lingua frequens.
 Par & aratorum inter cornua sæna ferentum
 Conspxere, viro concomitante, boum:
 Quorum fundit humi sænum de cornibus alter
 Ceu nimis exiguum, fertque proinde famem:
 Iussa dein lepori sententia promitur ista:
 Mox magnis, modo qui parua recusat, eget.
 Est satius præsentem bono quocunque potiri,
 Quærere quam magna & multa remota sibi.
 Nilque mali nimium quod debeat vsque videri
 Ipsi, cui poterat nil satis esse boni.
 Nec male tarda sequi fastidia discitur vsu.
 Discimus à Brutis artis amare decus.
 Vastarat multis lupus annis rura, pecusque:
 Pænitet, & posthac abstinuisse cupit.
 Post triduum stimulatæ fame porcum abstulit vndis.
 Atque ait: hunc piscem quis vetet ergo mihi?
 Quæritur in vitis tantum prætextus iniquo,
 Non animi flexus ad meliora boni.
 Contigit agricolæ bino diuertere ad ædes,
 Et multam relides stertere ad vsque diem,

Incre-

Increpat agricola atque loco propiore cubantem
 Vellicat: ast hic ait: res remedi facilis.
 Anteuenitque suum male nocte sequente sodalem,
 Et se componit posteriore loco.
 Accedens rursus de somno vt suscitet hospes,
 Est mihi postremus iamque trahendus ait.
 Consilii stulti nil vanus proficit actus:
 Huic soli satius nonne cubare fuit?
 A cane quærenti morbo medicamen amicus
 Tale salutiferam mox fore dixit ei:
 Intinctum panem si expresso è vulnere pure
 Infecto dederit: ridet at ipse magis,
 Nonne per hoc cunctos in me irritauero (dicens)
 Hac sunt præsentés quotquot in Vrbe canes.
 Sedatur nullis prauorum iniuria donis,
 Peiores fieri & sæpe videmus eos.

ELEGIA XIII.

De libris.

Quamuis absque libris maiori tempore Mundus
 Constitit, atque sine his regna regi videas,
 Quamuis & præbet nimiam aure sagacibus ansam,
 Vt sese inuiolant anxietate magis:
 Postquam aliunde tamen fructus suus vndique libris
 Constat, eis pro vt commoditate decet.

Vix numerus reperit librorum iam vndique crescens
 Lectores, multosque obruit omne genus:
 Nec scribendorum finem reor esse futurum,
 Ut docti nostro tempore rentur idem.
 Moseque libris fuerat sua iungere, non aliena,
 Authores ægre quæ tolerare ferunt.
 Quisque suum pertractet opus, tueatur, agatque,
 Vultus ut excuso semper honestus eat:
 Non pro re fucum, pro spe phantasmata vendat:
 At parcat viuis, parcat itemque bonis.
 Scribendi multos vexat cacoethes, & ægro
 Pectore tabescit, ceu vetus author ait,
 Sæpe suæ limes transcenditur artis & vsus:
 Atque opera petitur vix præeunte lucrum:
 Si defunt libri, timor instruet ipse magister:
 Qui te multorum fat meminisse facit.
 Quamuis & nimium libris confidere vanum est,
 Quod solus soli tu tibi Chrifte petis.
 Mos fuit Isacidis, vt fimbria vestis haberet
 Ante oculos legem, ac inter vtramque manum,
 Vt memores essent: vt nos memoremus agenda,
 Sabbata nos animo commemorare decet,
 Tradita quæ Patribus, quod vitæ munus habemus
 A Demino, nec non munera plura simul,
 Quod non vindictæ procrastinet impetus acer,
 Hæc docuit fragiles, hæc meminisse rudes.
 Amplius hæc aliquid vix tempestate requires
 In genere hoc, quod te sollicitare queat,
 Sollicitare ad opus fidei & virtutis amænum:
 Ad quod sufficiens auxiliumque tenet,

Immo

Immo non desunt quoque sufficientia genti
 Siue propinqua fiet suæ remota fiet:
 Fama licet leuis his, & grandior appulit illis:
 At tener & passim lentus hebescit ager.
 Obsistunt aut sceptrâ, Tyrannorumque dynastæ,
 Turca quoque, heu, doctos respuit ora viros.
 Hinc syluescit ager non tantum stirpe virenti:
 Ast etiam mentes impietate magis.
 Syluam excisuris sat ianua magna patefcit
 (Dante Deo) Fidei sole ferente facem.
 Scripsit in hunc finem Thomasne volumen Aquinas:
 Et plures studio iam præiere pari?
 Quodq; malam in partem nullum mihi vertere credo
 Ob desideria hæc qualiacunque fient,
 Vt vigeat potius pietas, & Numinis aræ,
 Quam gens ipsa sua concidat vsa manu,
 Pars gentes alias vt conuertantur, adirent
 Docta prius, domibus, gymnasiisque suis,
 Pars noua constituat simul ac antiqua reformet
 Oppida saltem vno non sine Canobio,
 Quodque suis vigeat, ne re sed spe esse beatum
 Credatur, certis legibus atque bonis:
 Si loca plebe satis numerosa, & mensibus ampla,
 Barbaries nullis sitque ferenda locis.
 Quam facile est vnam linguam coniungere doctæ,
 Græca, vel Hebræa hæc siue Latina fiet?
 Quam facile est paruo cõprehendere tempore linguam
 Colloquis hominum, colloquisque libri?
 Perne duos annos quidam, se tesse, Latinam
 Fertur colloquis edidicisse libri?

Quæ si sint lectu, si captu commoda & vsu,
 Allicient multos dogmata ad apta satis.
 Qui nequit orane genus populum de ambone docere,
 Prælegere è libro non minus omne potest,
 Hactenus vt celebrant Moniales Numen Olympi
 Lingua intellecta non sibi siue aliis,
 Linguarum sic ipse rudis documenta libello
 Prælegere huic operi proficiente queat:
 Præsertim si in eo roget hic, respondeat ille:
 Dialogus dici qui solet, aptus & est.
 Inuenias, quicumque foro sua carmina cantent
 Aut fictæ aut veræ qualiacunque rei,
 Iure magis merito templis adhibenda foroque,
 Falsa vbi religio, Barbaricque viget,
 Si modo non obtent, quos diximus ante Tyranni,
 Et qui non desunt bile tremendi aliqui.
 Qui si etiam leges & opem dent atque fauorem:
 Efficient multum zelus & ordo bonus.
 Pars instrumentis paucis proprioque labore
 Pro se proque suis ædificare domos,
 Prædiaque & villas vallo firmare vel vrbes,
 Ciuilem vitamque instituisse queat,
 Pars multum tractare manu, seuisseque linum,
 Aestate vt prorsus corpora tota tegant,
 Pars lana molli, vel pellibus, atque suendis
 Vestibus aut aliis inuigilare modis.
 Otia sic fallent, alienis nemo inhiabit,
 Pluribus & veniet certior inde salus.
 Iudicio hæc malim quam pleno effundere cornu:
 Cum valcant alii me meliusque sciant.

Librorum pretium numero crescente petendum
 Ne crescat. scriptis neue molesta manus,
 An quia confurgit noua semper in orbe tenebris
 Obsita res, lucem cui manus apta dabit?
 An quia diuexat multos cacoethes inane,
 AEgro quod caëptum corde senescit item?
 An quia fautorum grandis speratur ab aura
 Gratia, quando auro consociata venit?
 An quia se pronis sperent lectoribus uti,
 Si memori libros mente manūque vehant?
 An quia rumoris petitur popularis ab orbe
 Ventus, & excelsum nomen in orbe magis?
 An quia sic nolis penitus tua busta sepulchro
 Claudi, quin vigeat nomen in orbe diu?
 An quia sic maius fraterno nomine nomen
 Queritur à Sophiæ prosperiore gradu?
 An quia res sciuisse nouas, mirasque lubebit,
 Quæ placuisse solent, quas stupuisse volent?
 An quia principibus non otia deesse putatur
 Præsidibusque breue est hos iuuat alloquium,
 An quia res aliis melior te vindicæ fiet?
 Cum sit damnosum complacuisse sibi?
 An quia congesta tantum res vtilis arte est?
 Quæ tamen vna magis seu breuis ipsa placet.
 An quia sic melior methodus te aliosque iuuabit?
 An quæ ais ante tua haud tempora dicta putas,
 An quia dicta putas nesciri dicta, priusquam
 Ex libris discat Mundus & ista tuis?
 Aut si te cælo delapsū credis ab alto,
 Qui nequeat falli solus, ut ipse Deus.

Hæc de Catholico non accipe dicta vel vno,
 Quorum, dum scribo hæc, non meminisse lubet.
 Cunctaque non quamuis liber optimus obtinet vnus
 Gemma nec in fimo repperienda deest:
 Quæque alii obscure, describunt èlaris illi.
 Quæ latè hic, breuibus disputat ille modis.
 Quilibet ad finem voluit si tendere certum,
 Norit, aberrarit longius anne scopo?
 Sit prudens Scriptor, scribendi caussa que iusta:
 Sit tutum verum, credibile, atque bonum.
 Tu quoque quo veritas te prospice lector amice,
 Ne tenebrosum quid lumina præter ames.
 Perspicuus, solidusque tibi satis vnicus author,
 Quosque pari probat hic conditione pares.
 Doctis atque piis non deest opinio libris
 In Patrum Iesu condita codicibus,
 Eminent hos inter stylo breuiore Becanus,
 Et quos ipse probat conditione pares.
 Pæne Reginaldus tenet omne Valerius illud,
 Quod casus animæ polcit & ipsa salus,
 Condita Ioanni meditandi norma Busæo,
 Vfus adhæc solidus, materis que brevis.
 Fernelius Medico, Iurista nescio num quis
 Consensusne recens vndique Iuris erit?
 Theologi lima quo corruptela resecta est,
 Affectus contra ius totiesque datus.

ELE-


ELEGIA XIII.

In Libros carminum.

Inter si numeres adiaphora Carmen & Odas,
 Quæ citra facias atque pericla legas,
 Tutò cum pueris adolefcere, cum que peritis
 Crescere, cum senibus vixque manere putem.
 Suntne suis spaciis lætandi & tempora flendi
 Successu nunquam continuanda suo,
 Seu sint pro monitu, seu sint solatia fesso,
 Seu vicibus mutant tædia longa suis
 Non scribi sed prompta legi: fatiasne canendi
 Pax & pangendi? vixne labore carent?
 Scribendis aliena leuem si corda periclo,
 Affectu, cura, siue labore, sat est.
 Ne leue prætuleris folido: propriumque alieno,
 Expenso proprium, sollicitoque rude,
 Lucidulo in lacris obscurum, longius arcto,
 Obuia sepositis, fluxibus & salebras.
 Arrogò non soli mihi cuncta, aut de rogo cuiquam.
 Quis visus sapiens tentet & ista sibi?
 Argumenti omni monitu potioris & arte
 Est sacra lux Fidei speque, metuque scatens.
 Huic cedat mea Musa libens, cedatque coacta,
 Seruiat aut imò respicienda gradu.

Non

Non defunt, qui alios Sophia superare laborent,
 Quique arefaciant se nimia arte sua.
 Spes vtriusque mihi & res semper adempta videtur
 Quæ si essent, parua diffuerentque mora.
 His licet agnoscas paucis, tribuasque quid artis,
 Agnosco in multis, quam leue quam breue sit.



ELEGIA XIV.

In Librum speculi Exemplorū Coniugalium.

A Vrea stellati complebat Climata Cæli
 Aligerum turmis Conditor ipse Deus.
 Totaque iam Tellus plantisque, herbisque virebat:
 Squamigerumque genus nobile nabat aquis:
 Et volucres liquidum fulcabant æra pennis:
 Quædrupedum errabat iam genus omne solo.
 Deerat adhuc tanto dominator idoneus orbi,
 Cuius & imperium cuncta timere decet.
 Condidit ergo hominem Dominus ratione Polorum
 Participem, sensu participemque soli;
 Ut postquam in terris Numen coluisset amore
 Recto hinc transferri dignus ad astra foret.
 Ne tamen auxilii his solatia grata deessent,
 Aut nullo occideret stirps reparata modo,
 Coniugii instituit socialia fœdera primò
 In lætis spatiis & Paradise tuis.
 Felices si non rupissent vincula legis
 Ausi se indignis illaqueare modis

Nascendosque sua cunctos de stemmate diræ
 Subdendos misera conditione necis,
 Cum mulier cæpit decus affectare Tonantis,
 Nec vir tentanti restitit absque mora.
 Coniugibusque tamen Christi noua gratia dono
 Contigit, ærumnas quæ releuaret ope.
 Quæque salutaris foret ipsis, dignius & qua
 Communis vitæ temperet ordo modum,
 Præsentemque sibi memorent vt adesse Tonantem,
 Condignè pueros instituantque suos
 Vt fragilis demum superato turbine vitæ
 Consortes regni sint Deus alme tui.
 At modo quæ carni data facta medela caducæ
 Fel sibi perfidia fel aliisque gerit,
 Barbaricis contenta locis non coniuge solo,
 Atque pio in nostris, sollicitoque sui.
 Insipiens mulier structas quoque destruit ædes,
 Impius & durus vir leo vastat eas.
 Regula quæ cunctos vindictaque tollat abusus;
 Heu mihi, quam Diuum regula spreta iacet,
 Quæ satis exemplis est consignata librorum,
 Cui meus hic etiam seruiat opto liber.
 Hic tibi quisquis amat zelo feruere salubri,
 Mragaris, Elzarius dant Tobiasque modum,
 Dant plures alii, quos, si placet aspice læpe,
 Sæpius at studiis fac imitere tuis
 Namque metu Domini status hic & amore supremâ
 Principio, medio, fine beatus erit.

ELE-

ELEGIA XV.

*In librum Exemplorum & Syntagmatum
de officio Parochi.*

TRamite sic medio virtus procedit vtrimque,
 Non nimis excelso, præcipiti que nimis,
 Dummodo defectum dent circumstantia nulla,
 Personæ quæ aderunt congrua quæque rei.
 His quoque in officiis cernis prærupta viarum,
 Ne quid forte vetes præcipiasque nimis,
 Nequa sit errandi nunquam permessa facultas,
 Vitanti studium quæ mage prompta venit.
 Nam monstrare viam reliquis cessantibus auso
 Trita sit hæc vsu trita sit arte decet.
 Quis sese in partes sciis & memor applicet omnes;
 Ut prius ex factis censeat omne sequens?
 (Nam ratio in grauib; per sese humana vacillat,
 Quamque probabiliū visque, vicesque latent)
 Instinctune Dei, vel ab ipso regula manans
 Exemplis, normis, artibus apta magis?
 Siquid ab hoc fonte est, nonne est hypothesis instar
 Respectu late nantis ad omne thes,
 Ut Theorema sacrum Thomas complexus Aquinas
 Sectandis ritus præbuit ipse viam,
 Virtutum hoc serie, zelo & seruente magistro
 Officium augmentis proficiente suis.

Offi.

Officium hoc inquam Parochorum constat abunde
Non victum curis atque labore graui,
Indocile haud vnquam censendis rebus, agendis.
Non immaturum, non fragile atque leue.
Dent exempla Fidem studio tot lucida nostro
A libri chartis non aliena mei,
Atq; vtinam à nostris aliena haud moribus vnquam,
Eque libris quæ aliis huc documenta tuli.



LIBER



ELEGIARVM.

LIBER III.

ad

Reuerendissimum ac serenissimum Principem ac Dominum Dn.

FRANCISCVM
EPISCOPVM VIR-
DVNENSEM, DVCEM LOTHAR-
RINGIAE, METROPOLITANAE EC-
clesiæ Colonienfis Decanum Dominum
meum clementissimum.

*Salve ingens columen Patriæ Lotharin-
gie Princeps,*

Et Cisarhenani spesque decusq; soli.

Iam tibi transgresso studiis & moribus annos

Insula Viriduni velat honora comas

Insula Viriduni per ius vtrumque statuta

Noëa suis, nostris vt mage sancta locis.

i

Insula

*Insula qua fluvio Mosæ perfecta rotunda
 Pandit opes populis deliciasq; suis:
 Te florente via studiis vrbs nostra vacante
 Pacificæ studijs officiisque roge,
 Et post septulices haustas non segniter artes
 Lustrantem sacræ Mystica Theologiæ
 Vidit Agrippina Vrbs. vetus ampla Colonia
 Romæ,*

*In summa cuius Aede Decanus agis,
 AEde Decanus agis tantæ opportuna decori
 Quadrato sternens marmore plana prius,
 Supremamq; nouans molē memorabilis artis,
 Cui par est nullis forsā eritq; locis.
 Hic Comitum exemplum radias imitabile
 morum,*

*Qui deceant, artis, qua sapienter agant:
 Inq; Diœcesi pariter tua, vbi exigit amplam
 Virtutem belli vel quoque pacis onus.
 Catholicæ pacis Ludouicus Rexne sequester,
 Vnde tuum nisus constabilire pedum?
 Pacene digna statūq; tuo molitus, & ex hoc
 Henrici reducis Principis orbe statim: Qui*

Qui nuper Rheni transgressus flumina regnū
 Fulcierat bis sex millibus omne labans.
 Sic tua stirps antiqua Patrū, Francisce tuorū
 Sustinuit Rheni ruris onusque Mosæ;
 Ne qua vel hæreseos vel seditionis acerbe
 Dāna ferant sumptū vix reparāda graui.
 Hactenus vt nunquā, sic expectatio nunquā
 Lotarij auxiliij talis inanis erit.
 Quid ni ergo stirpemq, tuam, reg, optime
 Princeps (lint?
 Tollere honore velint, persequi amore ves
 Nonne Nonesinæ decus Archidiaconus oræ
 Parte Diœcesis inferioris habes?
 Cum Ferdinādo dudum Archipræsule nostro
 Partitus fulcri hoc auxiliariis onus?
 Nunquid te hoc vltra tria lustra statuto in
 honore
 Rus minui vitiiis, crescere more patet?
 Fausti satis ipse meis conatibus vltro,
 A me vt recta tui pars quotacunq, gregis?
 Quin vtrāq, viam, Duce te, nūc, si annuis, ibo,
 Voce ut factum, & post experimēta libro:
 i 2 Si

Si liceat variis iactato fluctibus aeti
 Pandere scanjuris flabra sinusque maris,
 Da veniam, Princeps, tentanti carmine fru-
 stra,

Dū pede dū nitor cuncta per aspra manu,
 Atq; paro longè meditatū, & pene paratū
 Rebus & exemplis constabilire librum
 Obliquè multis tentatum, vix satis vni,
 Vsu multiplicem, conditione grauem.
 Pontificis primus liber vt transcriptus ad
 aulam,

Iudicio vt sint hæc, pluraq; tuta suo:
 Hinc post Pontificem nulli Ditione secundi
 Alter nostri aulam iussus adire Ducis.
 Arbitriis, de more, tuis hic tertius esto
 Subditus ô vtinam tersior arte sua,
 Non Ducibus (fateor) scriptus grauiora se-
 cutis,

At modicè ducto hoc moris amore gregi.
 Sentiatur ergo tuum mea Musa modesta fauorē
 Nata aliis, non iam rursus ad ista redux.

ELE-

ELEGIA I.

De pace.

Iam fatis effusum diuersa per arua cruoris.
 Intonuit terris Machina rauca fatis.
 Pugnat honestati bellum crudele, pudorem
 Eripit, & probris omnia rura replet.
 Tristibus ex furiis sibi poscit inane trophæum,
 Nec minus ut perdit, perditur arte sua.
 Castra fugit pietas, tantum vestigia fama
 Posthuma seruabit sanguinis atque luis.
 Hic nullumque sui linquit clementia signum,
 Quæ cognata homini, Numine nata pio.
 Nec fædus, nec tuta fides est hospitis illic,
 Omnia dissimulat miles ut arte sua,
 Fortunam, Patriam, nomen, linguamque genusque
 Tum genus omne boni, tum genus omne mali.
 Iam multis annis furiit Luteris Enyo
 Propulsores nacta, ducesque suos.
 Accessit Caluinus atrox in prælia promptus,
 Miscuit & populos seditione noua.
 Belgiacos populos iam sexagesimus annus
 Ducit in exitium pernitiemque suam.
 Non potuit tutos seruare tumultibus æquor,
 Inuoluit variis inde vel inde modis.
 Aures arrexit primum præconibus atri
 Dgmatis occultæ gens nouitatis amans.

Ad noua desertis properabant pulpita passim
 Urbibus exemplum sæpe nocebat atrox.
 Eiecere sacris simulachra sacerrima Templis:
 Non sedant leges, arma, rogusque, fatis.
 Germanis hostis vires reparabat in oris:
 Plurima molitus sæpe repulsus iit.
 Cumque suis lugent euerſæ gentibus vrbes.
 Quis potuit tutò ferre, referre pedem?
 Nunc æquor statuit sua, nunc obstacula rupit.
 Sic voluit vinci, vt vinceret ora ferox:
 Sic expectauit fructum Victoria Regis:
 Sic vndis periit terra sepulta suis.
 Cum paulum lætis nuper pax blandula terris
 Aspirauisset freta fauore Dei,
 Indignata abiit bello redeunte cruento
 Nescio quo Duce, vel quo reditura die.
 Pernicies belli multis oppresserat annis
 Græcorum populos per mare, perque solum,
 Confligens nunc externo, nunc eum hoste propinquo,
 Cederet vt Græco prorsus ab otbe quies,
 Tunc senis auditus sermo hic Isocratis ore,
 Quem metro dignum credo referre meo.
 Profit vt ad tempus, sed obest iniuria soli
 Authori, multò post oberitq; magis.
 Sit tutum commune fretum, commune solumque:
 Nesciat Vrbs bellum quælibet atque minas:
 Inuentor belli quisquis foret, æqua loquentis
 Ore refellatur, mutus & esto de hinc.
 Mentio nec belli, aut alieno accessio damno
 Ne fiat gazis seu ducis, aut populi.

Impen-

Impensas grandes molimina bellica poscunt:
 Hisce supersedeant Vrbs. populique graues.
 Quodque probant palàm cum aliis, peruertere cessent
 Priuatis intra tecta, domusque probris.
 Et sibi honorificum reputent, quod & vile cunctis,
 Ne conscribatur miles hians & auens,
 Miles hians, & auens ad criminis omne propensum
 Perfidiaëque genus, nequitiaëque genus,
 Pro pretio parti vtrius seruare paratum:
 Aut exarmetur protinus, atque abeat;
 Iustitia vt vicinorum inunita fauore,
 Hostis ster tellus exonerata metu.
 Dixit consilium Cicero quoque Casari Iulo
 De sibi firmanda pace noua & veteri.
 Dein quonam renouanda modo Respublica in Vrbe:
 Addita quæ ipsius repperienda libris.
 Et quoniam verbis pax soluitur aut quoque factis,
 Pax priuata domi, publica paxque foris,
 Quæ de animæ scribunt affectibus, atque medenda
 Lingua, doctores consuluisse licet.
 Biblia præstabant monita his exempla que plura,
 Quæ melius sapiunt fontibus hausta suis.

ELEGIA II.

*Testimonium D. Augustini ad Fratres in
Eremo de pace.*

SVavius vtiliusque simul nihil æstimo pace,
 Res inter mundi, quas Deus ipse facit.
 Tantum vt viuificat vnitos spiritus artus,
 Sic tantum vnitos nos quoque Pneuma sacrum.
 Paullus epistoliis præfatur in omnibus ipsam:
 Perpetuam hanc nobis Christe precaris eam.
 Christicola hic non est, qui hanc re non seruat & ore.
 Quid sunt regna sine hac, quæ peritura statim?
 Quid tibi votorum, donorum & vis tibi prodest,
 Quid tolerata fames, quid bona cuncta sine hac?
 Cui dimitteretur pleno rancore piaculum-
 Nunquid id exofus pacis amicus eris?
 Pacatis Dæmon animis, domibusque fugatur,
 Forma vbi vitæ eadem, mens eademque manet.
 Sunt bona, quæ macerant carnem atq; insuauia, suntq;
 Suauia, quæ pascunt non bona vera tamen.
 At bona pax suauisque simul: quæ diligit ima.
 Qui rumpit, Christi hic hostis & exul erit.

ELE-

ELEGIA III.

*Testimonium R. P. Adami Carthusiani
de pacis remediis.*

VT sis pacis amans, ne absenti detrahe fratri:
 Sæpe voluntatem posthabeasque tuam.
 Vt potes auxilium, fer egenti: suauia fare:
 Ne, quo aliam offendas, effluat ore tuo.
 Sic tibi concilias hostes, sic addis amicos:
 Frons hilaris donum gratius omne facit.
 Dissimulata piam retinetne iniuria pacem?
 Amissam recipit, qui meminisse negat?
 Denique commissæ in fratrem confessio noxæ,
 Segniter & venia haud, cum petit, inde data?
 Erga subiectum pacem prudenter habebis,
 Si quæ eius corpus, mensque requirit, agas.
 Et si in mandando moderatus es atque vetando,
 Difficile vt factu non fiet omne iugum.
 Si subiectus eris, ne cuiquam forte resistas:
 Promptus obedi iplis; & reuerere humilis,

ELEGIA IV.

Testimonium M. Iulij Ciceronis ad C. Iulium Cæsarem.

Quandoquidem in bello sectati comoda multi
 Et sumptum ut faciant, his reperere viam.
 Undique nec victor tutus sine vique metuque,
 Non æquos hostes, non sociosque tenet:
 Tecum cumque tuis meritò de pace paranda,
 Firmandaque agitas, quæ bona, tuta, grauis.
 Bellum intestinum Romanos undique ciues
 Externis prædæ, non aliunde, dedit.
 Ergo sint sumptus, sit compescenda rapina:
 Ludibrio quoniam iura vetusta forent.
 Sed modus & finis statuatur sumptibus,
 Vendicet audacter cuncta iuuenta sibi,
 Immineatque aliis, sua denegat omnibus, & res
 Compolitas turbet, conglobet inde nouas.
 Estque magistratus populi non cuique regendus
 Percupido. his addi, non adimique decet.
 Aspera principio res hæc, sat nosco, futura,
 Libertas bello queis erat arcta minus.
 Quorum si potius prospexeris ipse saluti,
 Quam desiderio, pax erit æqua solo.
 Si pacis causa bellum, si spe labor ardet,
 Ni firma hæc, vinci & vincere quid retulit?

Ergo

Ergo capeſſe viam: perſuadeque aſpera: ſolus
 Quo potes atque ſoles more, medere malis.
 Exilia & cædes tibi non præſcripfero plebis:
 Quis vrbs vaſtanda eſt, quam moderanda magis,
 Sed prauas artes prohibe, moresque iuuentæ.
 Sit probitatis amans, non ſtudioſa lucri.
 Namque pecuniæ amor, & gaudia corporis uſu
 Stultitia & ſeſe, & plæraque præcipitant.
 Sed nec inæquali dentur ſtipendia lance:
 Neue magiſtratus ueneat ære grauis.
 At delictorum tolerata licentia damno
 Corruet haud tardo nec ueniente procul.
 Abſtractis aliis ſua quiſque negotia curet:
 Sic tolerata ſit & cura, laborque placens.



ELEGIA V.

Testimonia Variorum.

EGregium Paci templum ſtruxere Quirites,
 Sed Chriſto pacem quod referente ruit.
 Claudius incepit, perfecit Veſpaſianus.
 Impoſuitque Arcæ capta trophæa Sacræ.
 Quod dein ignoto conſumptum protinus igne
 Forte prophanatum non tolerante Sacrum,
 Eſt Dea Romanis etiam Viriplacæ reperta;
 Illius vt templum vir mulierque petant,
 In quod ſi uenient, diſcordes, inde redirent
 Concordes verſis ad meliora animis.

Nonne

Nonne sacer Rector Romanis atque prophanus.
 A cuncta purus labe probandus erat?
 Ergone & à lingua bellace, dicace, procace
 A factis sæuis, ingenioque fero?
 Pythagora mandante domo discordia celsit,
 Seditio à pagis, vrbibus & populis.
 Teste quidem Xenophonte grauis vir voce fideli
 A bello ad pacem sic acuit populum:
 An patriæ, atque scholæ, templique vnus alumni
 Nos sumus? Vnde igitur litis origo venit?
 Quandoquidem nulla est odiorum causa, sed æqua.
 Omnibus & iusti grandis amoris inest?
 Inuidiam atque odium iussi deponere patres
 Ante tuas stantes, Curia clara, fores.
 Per binos tenuit menses prouincia, facces
 Quando magistratus deposuere suos.
 Tum ratio reddenda fuit, si præda petita
 Publica, si legio prodita seu regio.
 Si belli non iusta fuit sat causa, malignis
 Tractati socii terrificisque modis.
 Hoc cessante modo cum non datur actio in ipsos,
 Priuati ciues iure, bonisque gemunt;
 Donec consurgant motus, cædesque potentum,
 Et coniurati vis inimica gregis.
 Quamuis hunc veteres nec non reuocare moderni
 Pontifices nisi postmodò lege modum.
 Historici referunt incommoda maxima nata
 Dissidiis, quibus Vrbs vnica bina foret:
 Hostili per quæ fortunæ occasio crescit,
 Rumpitur & fratrum sædus itemque Patrum.

Pax ope frustrato, crescenteque robore apertè
 Hostili, primo est concilianda die:
 Quæ, quam sperata est victoria tutior. hæcne
 In Domini, inque tua permanet illa manu?

ELEGIA VI.

De Pace Exemplum antiquum.

I Nuito vinci vel vincere Numine promptum
 Non fuit, est, & erit, bellaue, lisue sient.
 Temperat ærumnas pariter Deus atque furorem,
 Nec supra vires mittit in arua malum.
 Tentamen non sponte venit. victoria sponte
 Victi & Victoris par simul esse potest.
 Nobile vincendi genus est patientia, semper
 Vincere qua se quit victus ab hoste suo.
 Bello offensiuo, defensiuoque petita
 Pax bello posito posset vtrunque dari.
 Quantumuis certum sit neutri cedere, certum
 Protinus arbitrio Numinis esse potest.
 Tam nihil absque Dei nutu fit in Orbe potentis:
 Tam certa est tam vis accelerata Dei.
 Dent exempla Fidem. Iam nongentesimus æui
 Exceptis lustris vix tribus annus erat:
 Rege à Francisco gens est Normannica pressa
 Mænibus angustis obsidione graui.
 Tunc vtramque Dei Gentem miserata potestas
 Terret inopinis per stata castra modis.

Occuli.

Occulitur tenebris mediæ lux clara diei
 Et tonitru & fulgur perstrepuere simul.
 Deusa ruit grando visa haud mortalibus vnquam
 Qui instar medii fortis, acuta, nocens.
 Attoniri, pauidique metu fugere caballi:
 Vix vilo statio ruta parênsque loco.
 Marcescunt torpore viri atque grauedine: cunctos
 Tædia deiiciunt: spes meliora negat.
 Aspiceres validis succumbere mænia ventis,
 Et ni obstant valli, pandere prorsus iter.
 Multa premunt intus ciues incommoda: quaque
 Non sperant his pax conditione datur:
 Sors ea communis Domini est belliq; togæque:
 Inclinata suo pax venit alma gradu.

ELEGIA VII.

De pace!

Ex Apologis Æsopi.

VT duo cum pugnans pro prædæ parte molossi
 Terribiles, rictu, dentibus, vngue, sonis,
 Debilis aut fortis dubiæ spectator arenæ
 Non dubitat prædam hanc anticipare canis,
 Sic duo dum certant per dissona prælia reges,
 Aut populi pro ara vel regione duo,
 Dum volat inter eos dubiis victoria pennis,
 Totque ruinarum, prohi, tot opumque vices:
 Præripiet (sic namque solent inhiare lueti)
 Externus, vecors, prodigus, æger, inops.

Cur

Cur placet innocuos inuoluere cædibus omnes,
 Qui nil moliri, nil meminere mali?
 Cur vtrò caditis per mutua vulnera fortes?
 Sistitis insanas nec ratione minas?
 Cur tota vos cura die turbatque, premitque,
 Nec finit optata nocte quiete frui?
 Historiis doceant exempla prioribus hausta,
 Mutuus an morsus lætus & esus eius?
 Vos quoque par durum mulierum, parque virorum,
 Qui lites feritis quomodocunque feras,
 Priuatum bellum compescite mente, manuque,
 Aut citò concordēs consociate manus:
 Ne vobis spe mox frustratis forsā inani
 Crescat fors aliis inuidiosa malis.

ELEGIA VII.

De Pace ex eisdem.

Militiam petiere duos: sed substitit alter:
 Dein rediit spoliis alter onustus ad hunc.
 Sperata qui parte hilaris sibi pacta poposcit
 Aera: cui, è reliquis pars tibi danda, refert.
 Atque expectanti pretiosum & nobile quiddam
 Vulnera commonstrat suscipienda pari.
 Ille refert: sint dona tibi tua: vulnera nolo:
 Præmia num magno parua dolore petam?
 Erudiit senior natum Leo, nequa subiret
 Prælia cum bruto, quod ratione valet.
 Audiit: atque animo nil verba moratus in agrum
 Tendit, equum cernit, parque deinde boum:

Dimis.

Dimissis ipsis, cum qui sint, ipse rescivit,
 Findentem reperit fagina ligna virum.
 An tu, quærit, homo es? quo confirmante, tibi ergo
 Est mecum pugnae fors subeunda, refert.
 Ut placet, ast, inquit, rogo lignum distrahe crure,
 Cuneus infixus ne remaneret eo.
 Distracto quamuis mox cuneus exiit, hæsit
 Crure leo: accurrit turma vocata virum.
 Ille tremens crus vi trahit: extremaque relicta
 Parte fugit patri nuncia mæsta ferens.
 Imperiis parere statim præstabit amicis
 Præsertim patriis, ne mala certa seras.
 Vidit aprum vulpes acuentem ad robora dentes.
 Cur id agat, nil nunc quando necesse, rogat?
 Ut si poscat, ait, res, & mora plena periclo,
 Sim promptus. Quis & hinc prospicienda neget?
 Conuentum ut volucres celebrant pro rege creando?
 Formosus petiit corpore sceptrâ pauo:
 Iamque videbantur soli suffragia danda
 Ni citò consilium cauta dedisset avis:
 Rex, ait, esto quidem, ast aquilam quib. impetat armis,
 Cor hostile gregi si gerat aërio?
 Non solum species externa videnda creandis
 In Ducibus, sed vis corporis atque animi.
 Percitus ad sonitum ranæ leo grande crepantis
 Constitit: ad belli prælia leque parat:
 Quam simul ac pro repentem de flumine cernit.
 Indignatus humi ter pede presit eum.
 Ne vanè timeas, res exploranda fat ante:
 Non forti quæuis aura timenda venit.

ELEGIA IX.

De Pacis diuturna expectatione.

Approperat belli cum clymaftericus annus,
 Hæreseos vanae perfidiaeque leuis.
 Nescitur ex bello bellum stimulante Satana,
 Atque aciente Duces seditione noua.
 Non vna secta fit id, ambitione sed vna
 Communi sectis omnibus atque malis,
 Communi innati Iuis irritamine cunctis:
 Quod decuit multis edomuisse modis.
 Hostis habet muros, dum præualet impius æquo,
 Parteque vincente heu deteriore bonam.
 Iamne patent niuibus resolutis, queis sua semper
 Caluino scatuuit iudice secta dolis?
 Aurea polliciti Lutherani sæcula nobis:
 Sæcula vestra auro, vestra salute carent.
 Sæcula vestra scatent Lutero teste piacis,
 Inter quæ primas nonne tumultus habet?
 Qui cõpotantum ferus ambulat instar in orbem:
 Qui Ducibusque refert in caput omne suum:
 In caput authoris nunquid vindicta redundat?
 Induiturne suis retibus ipse dolus?
 Num vestræ quoque nos exempla timemus Erynnis
 Parendo minus, atque induperando magis?
 Dum se præsidibus vix quisquam accommodat actu,
 Quod plebi præstant ægrius vsque suæ.

k

Exem-

Exemplum hoc esto: vocat ad conuiuia Pastor,
Dat zythum, ne pro se quoque vina petant.

Opprobrium referant, qui dum parere reculant,
Rectores iussis, vique, minisque regunt.

Quid nisi vestra fides est imprudentia morum,
Et legum? at cautos non sibi Paullus auet?

Quid nisi vestra Fides est proditione, tumultu,
Lite data, & capra freta sub interitum?

Quid nisi vestra Fides fœdus molitur amicum
Accipere, & nulli posticipare suum?

Quid nisi vestra fides primum sibi postulat atque
Præcipuum fructum fœderis absque fide?

Absque Fide, iusto quæ more reciproca, tuta,
Fida, & prompta suo tempore, prompta loco?

Quid nisi vestra Fides vt & emissarius omne
Nunciet, Urbem, hominē, rem quoq; prodat, agit?

Quid nisi vestra Fides agit, vt sit nullus amicus,
Aut opifex tuta miles & erro fide?

Quid nisi vestra Fides occultè fella ministrat
Imperii spe, mox obsequiique metu?

Quid nisi vestra Fides docet affectare teporem
Dandi, acceptandi iussa sat æqua loco?

Quid nisi vestra Fides agit, vt fons sæpius insons
A disciplina se retrahatq; suos?

Si præ aliis fures, homicidæ impuneque mæchi
Non peccant, qua vos conditione putem?

Sedetur si pacis iter lex stricta per orbem,
Non polygamia erit, otia, furta, Venus.

Tutaque erunt muris habitacula, qua pote, iuncta
Et vallis, & aquis, sepibus, atque viis,

Tutaque

Tutaque limitibus, siue ordine tura ferendi,
 Et dispersitis lege vel arte nouis,
 Tutaque cuiusuis non claustra & castra receptu,
 Nedum sectæ omnis pacis & hostilis agri.
 Qua pote tolletur quæuisque occasio eorum:
 Aua nec quæret secta, scietque nimis.

ELEGIA X.

De Ebrietate.

Sobrius hæc malim ieiunis scribere: nequa.
 Claudicet infano pagina nostra pede.
 Nam damnosa quidem propter tot viscera læsa
 Corporis ebrietas, cæcat & ipsa animam.
 Simia ceu cernit bitumine quanto lauante:
 Seque sequax visu perdit & ipsa suo:
 Sic vinum multis aspectu lumina claudit:
 Sic crux peccanti non memorata fugit.
 Inficitur vicinus homo potuque gradatim
 Infuso à primo, siue sequente perit,
 Amissa ratione perit, ceu mortuus esset:
 Ludibrium pueris proh senibusque simul:
 Limen amicitia est, odii discessus amari:
 Non sua damna cauet, non aliena cauet.
 Nec modò corde caret, sedet hortatore benigno
 Opportuno vti, vel sapiente nequit,
 Siue salus animæ, aut iuris communis agatur,
 Ad quæ sponte adigi, siue aliunde decet.

Certatim passim maiores atque minores
 Allicere an dicas, allicierue magis?
 Vix tolerat veteres, prohibet lex vsque Tabernas
 Alma nouas, quas mox rumpit vbique malus.
 Teutonicine tegunt stabulum vix stramine vili,
 Quin Baccho lucem, quin Cererique dicent?
 Dicere non ausim noctem: procliue sed istam
 Pæna adimi quauis non sibi velle graui.
 Plebs quoque lucrari gaudet paupercula multis
 Ditibus allectis ad geniale merum.
 Forsitan effugium dites per talia quærunt,
 Nec cæcati alii plus nocuisse queant.
 Vocis amarities, opprobria, iurgia toto
 Tunc impune volant dedecorosa loco.
 Quique sibi ignosci vult, hic ignoscere debet.
 Vitatis cunctis ipsa pericla manent.
 Intereunt multi dapis & dulcedine potus,
 Queisque aliis Mundus vult placuisse modis,
 Veste vel egregia, vel compta voce, torique
 Mollitie, donis, mirificisque modis,
 Imò etiam pænis: adeò sibi quisque suisque
 Atque aliis, damnum non cauet, imò vocat,
 Aut te prudenter fas est obsistere semper:
 Aut tuto potius te tenuisse loco.
 Ut pecudum feritas auiumque domabilis arte est:
 Subtracta discunt quæ dape ferre iugum,
 Sic iuuenis sanus pulcher, diuesque domabit
 Subtractis corpus, corque supervacuis.
 Ut iuuenis germen profert si vilis arbor,
 Non melius senior proferet ante dato:

Sic ætas dabit indicium primæua futuræ
 Pro moris varia conditione sui.
 Compedibus scriptura refert flagrisque domandos,
 Obstreperis faciant qualiacunque modis:
 Sic satis est seruos non vltra aliterque domari:
 Sic seruile domat mens bene corpus iners.
 Vtque vtrimque fides coram data testibus amplis
 Liberat à damno, suspitione, metu,
 Sic caue ne ratio vel fraude meroue fatiscat,
 Vt pereas damno, suspitione, metu.
 Nec quoque sufficiet chartis hæc ista notasse:
 Viue Deo primum, tunc tibi, dein aliis.
 Postquam inuitatus si prandia longa relinquant,
 Absentis fructus maioritne tui?
 Leuigenæne acceptarunt conuiuia festo,
 Aut solita saltem sobrietates sibi?
 Quo quoniam passus vetitum procedere mille,
 Vix inuitari quiuit amicus ad hæc.
 Ludo vti nimis atque ioco choreasque tueri,
 Nec compotantum deseruisse gregem
 Dedeceat Myrtam. Respectusne ipsius ergo
 Vertitur in vitium quodlibet & quod agit:
 Siccine simplicitas rudiorum læditur, aut si
 Præsentes multi sint ibi, quique notent?
 Declina quocunque modo, quem suggerit hora
 Personæue tuæ seu ratione rei.
 Præliba calicem tantum, si pluribus vrgent:
 Si casu accedas stans bibe, mox & abi.
 Dic & obesse tibi: dic te cras sacra litare,
 Vna creent calidas quod generosa febres.

Sobrius in cætu (quis enim contraria laudat ?)
 Commisso sibi laude vehendus erit.
 Pone sequetur eum doctus rudis, altus & imus,
 Diues, inops citius pone sequentur eum.
 Mostra quis enumeret se ad mutua iura vocantum
 Iura dapum sacri non pia iura fori ?
 Accelerat non nemo gradu festinus ad ista :
 Tardius accedit non minus ista frequens,
 Expectabundus galli veruecis & asi :
 Quando iam honestus homo mox abiturus erat,
 Asidet: & veteri fit vera paræmia sensu,
 Expectasti assas aduena sere dapes.
 Inde propinatos certatim amplectitur haustus :
 Nec paruo decori ducit id esse tibi.
 Tum discessuro comiterque propinat amico :
 Et verbis retrahit turpius atque manu.
 Indignatus ad hæc tacitè submurmurat hospes,
 Quod fiaut sumptus hac ratione dupli.
 Præco queri possit sacer, atque choraulis in AEdæ
 Deserta ob mensas, symbola, siue iocos.
 Festus abit sic ipse dies; dignusque prophano
 Fit minus, in quo essent prandia iusta magis.
 Festa dies referat cauponas amplius omnes
 Emittit zitho sat madidosque mero :
 Quos plebs ante domos titubante incedere passu
 Conspectos ridet non sine felle ioci.
 Talia non vtinam quandoque exempla sequatur,
 Tam conquesta mala se ratione regi.
 Est vbi ad æquales haustus potatur in orbem
 Es anno quatuor intus habente notas

Præteri-

Præterito nullo ex hoc ordine, si modo soluit
 Symbola, seu diues, seu quoque pauper erit.

Hic personarum non est acceptio in usu:

Res licet in finem tendat & ipsa malum

Si personarum foret haud acceptio in usu

Iudiciis, donis, officiis variis,

Absque querelarum respublica murmure staret

Sæpe intus tacito, sæpe patente foris:

Vnde opere à iusto mulci resilire videntur:

Aut si non fiat, fat resilire queant,

Vnde opere à prauo pauci resilire videntur,

Aut si non fiat, vix resilire queant.

Est vbi multa opera falsumque albumque bitumen

Saxoso excoquitur, perficiturque solo.

In medicamentis, variisque coloribus vsus

Ipsius expertus sæpe Colone, tibi.

In plumbo coquitur, consumit & ilico ferrum:

Tantus enim feruor, tantus amaror inest,

Hoc dum circumagit baculo semiebrius aptè

In formas vario & fusile crusta modo,

Proh cecidit fundum vertigine tractus inimum:

Audito ciues ingemuere metu:

Cui plumbum haud cedit, mortalis homuncio cedit,

Sitque licet ferrum, forte liquefcet eo.

Discite mortales non potu indeuia ferri,

Quæ tacitè multos implicat, atque necat.

Est vbi nec ratio meritorum rursus habetur:

An non sunt meritis vir mulierque pares?

Cur præliandum tantum mulieribus ergo

Hoc stannum gratis pro libitu que datur?

At scelus haud hæc sobrietas muliebris habenda:

Dum iuri huic cedit, non sine laude facit.
Forte suo ad regimen sapit aptior illa marito:

Dum non exemplo commonituque nocet.

Si vir erit meritis potior, ceu iura requirunt,
Sentiat hoc regimen coniugis atque domus.

Non inuitabit, non inuitabitur ergo,
Si conuiuia pares sumet & ipse cyphos.

Hoc siquidem intendunt sua per conuiuia multi,

Has sit vt in numerum fas iterare vices.

Hos vitare licet, decet inuitareque nunquam;
Ni seruent mensæ iura modumque tuæ.

Estne quoque hæreticis vbi mos inoleuit in oris

Nuper mos nunquam cognitus ante reor?
Inuitant liquido tenus ad conuiuia zito:

Seu sponsalia, seu nuptiæ erunt celebres.
En quo processit vertigo erroribus acta

Regnum hominis partis nunc vtriusque tenens?

His edicta quidem (reor) haud parsura fidelis
Catholici regis, Principis, vrbis, agri:

Vt neque parserunt numero ad conuiuia magno:

Quæ modo amicitiiis rursus donisque resumunt

Contemptum in legis, scandala, damna gregis.

Tunc quoque cum laruis luctata licentia, ludis,
Disidiis, probris, stultiloquisque iocis:

Deriso gaudet respectu legis herique,

Siue absens audit, seu quoque praesto videt.
Est vbi quis multis egeat vir curribus vnâ

Vecturis merces, pabula, ligna, rates:

Exc:

Excipit ebrietas isthæc nulumque, virumque:
 Venditur ingenti tunc pretione labor?
 Vecturnæ scelus pretium tolerabile credes?
 An censu pasci diuitis audet egens?
 Vecturisne putas violari festa subinde?
 An censu diues pascitur, ergo inopis?
 An non à Satrapis, Dominisque grauantur herisque:
 Vt cunq̃ exoluant debita, iura, vices.
 His modus & pretium statuendum lege videtur,
 Ad Cælum nequis clamor vtrimque sonet.
 Est vbi se assidue mensæ parasitus herili
 Ingerit, ab, effrons atque molestus homo:
 Inferior nec hero spaciumque locumque relinquit
 Tractandi, quod res, tempus, & ordo petunt:
 An nescit, vel dissimulat se scire prophanus,
 Ad mensam accito fas quod adesse modo?
 An quoque nescit herus paucos adfiscere amicos,
 Et quos ad mensam vult adhibere suam?
 Vnde, vnde eueniat, Dominus sic temperet omne,
 Ne contra admitti ius reiciique putent,
 Si virtutis ei ratio in re perplacet omni,
 Pro rerum inueniet conditione modum,
 Neuter vt inuisus, neuter sit & vsque molestus,
 Pro rerum inuenient conditione modum.
 Atria non tantum plateæ immò grauantur abundè
 Importuno hominum more, modoque leui.
 Cum dominis magnis paucis sat constat agendum,
 Nec plateis, ægrè quodque subinde ferunt.
 Rusticus inuitet ad pocula, iura dapumque,
 Quois grauitas minimè sobrietasque placent.

Non impune ferat, si tractet, si que retinet
 Inuitum indignis illicitisque modis.
 Si coquat in seram sua ludicra, sædæque noctem
 Hospitis in damnum, heu, opprobriumque sui.
 Est quoque qui suasit: si me malus vsque retentes
 (Vt dicat) cænam postmodo linquo tuam.
 Vatis ad oraculum prius haud requiescere nolent,
 Impulsu egerunt quam mala sponte sua.
 Forsitan haud rarò studio inuitabere tali:
 Dum mensæ pretium tale suæ petitur,
 Aut quiddam simile huic contra ius fasque, quod ipse
 Sobrius omne neges, ebrius omne dabis.
 Aut, quod vi nulla satis extorquere valebunt,
 Flexamini tribues forsitan amicitia.
 Nonne domo in propria procliuè resistere, quod non
 Hospitis admittit fors aliena domus?
 Stultus inquit facile hanc, sapiens vt Biblicus inquit:
 Cum damno remanet stultior ipse suo.
 Inuenias congerrones, socio(que) lucrorum
 Potandi studio multiplicare dolum.
 En vino, zito, Veneri cessere rapinæ,
 Seu prædæ, sibi quas sanguine miles emit.
 Vina magistratus stipendia suntque senatus,
 Seruorum in magdis Nobilium domibus,
 Multorumque alibi. Quos non lucra mutua vastant,
 Symbola, conuentus, qui maduere mero?
 Ponticulone senex periit delapsus in vnda,
 Si vertigo comes sit famis atque probri?
 Num fors detrusus, vi fors aliaque necatus,
 Quod facile aurora, vespere, mane putant?

Non

Non hunc non alium potuit Luteris Enyo
 Ex improuisa furripuisse nece.
 Nonne penes fluuios fama est habitare latrones.
 Fel vitasne magis, si tua edisque domi?
 Nonne aliquis serò conuiuia longa relinuens
 Post triduum extinctus Mystra repertus aquis?
 Ante suum pagum Parochus quoque vespere cæsus
 Autore incerto sed feritate fero.
 Nonne quoque in plateis, propriaue domo aut aliena
 Efferrì pago perditus vsque queat?
 Nempe loco cædis non semper latro relinquit
 Occisum, ne se suspicione grauet:
 Mendicus rarò vagus aut quicumque senescit
 Olla vt ad aquam tandem sæpe relata cadit,
 Ignotique homines, ventique, locique, fidesque,
 Et cibus, & regimen certa pericla ferunt.
 Incaluit quicumque viæ manuumque labore
 Largè haustu zithi sæpe cadit vel aquæ,
 Nec minus incumbunt huic ventris tormina sensim
 Et phytifis, qui auidè sæpe calens biberat,
 Et tatè reperit resolutò fata calore
 Nescius & causæ nescius atque modi,
 Quo læsus, quo sanari queat ipse deinde
 Seu calido potu, seu medicaque manu,
 Præcipuè cessante tamen causaque, modoque.
 O vtinam cessent hîc & vbique: vale:

ELE-

ELEGIA XI.

De Mendacio.

Immensum complent mendacia plurima Mundum
 Teste ô Osea voce Propheta tua:
 Quæ fugienda simul retegendaque iure videntur,
 Ne simul autori damna aliisque ferant.
 Damna quis haud vitet præsertim cognita? damna
 Auertunt animos ad meliora malos.
 An cum authore latent mendacia tempore multo?
 Cui nec iuranti credideris facile?
 An non perdetur cum Dæmone filius eius:
 Cui sese similem voce, doloque gerit?
 An non abiectus, vilisque fit omnibus author,
 Qui fingit gestu, grammate, voce, libro?
 Qui mendax alium veracem corripit ore,
 Tanquam mendacem, falso loquumque crepans?
 Hæresis hoc habeat, mera quæ mendacia sæpe
 Euomit, at timeat vel leuè iustus homò.
 Ignorent potius, se ignorantisque fatentor,
 Quam fralia ex aliis cudere falsa velint.
 Est proclive homini sese excusare maligne:
 Astringitque alii sæpe, quod egit opus.
 Non astringentem sibi quenquam astringere clamat:
 Mercator verax nec citò lucra facit.
 Causidicus semper promittens affore finem
 Litis, vbi incepta est, tractaque, fraude nocet.

Nec

Nec minus in pagis, villa, arcibus, vrbibus amplis
 Aetas & sexus necitit vterque dolos.
 Quo plus vrgentur verum quandoque fateri,
 Hoc niti contra vidæris ore magis.
 Vidimus (Atque vtinam non totus viderit orbis)
 Vna puod affirmat rursus vt hora neget.
 Audio quod varient vno sermone loquelam,
 Ignari memores esse decere dolos:
 Quod contra sese fors lingua effutiit audax,
 Pro libitu vt prodest, vt nocet, omne negat.
 Non credam dicenti vno contraria hiatu,
 Aut solum hoc eius, quod prius ore fuit.
 Si lingua dicet se lapsum, vix quoque credam:
 Vt cunq; hic præsens si sibi mente fuit.
 Huccine declinat se consuetudo ruentem?
 Aut si hoc exemplo fecit, an ergo bonum?
 Non erit hic mendax, qui ex causa vera silebit
 Dicturus alio tempore siue loco.
 Discant Mortales à prima ætate fateri
 Propria presbyteris, aut aliena præment.
 Namq; susurronum hoc, detractorumq; videtur,
 Hostis acerbandus quo vel amicus erit.
 Non minus est homini linguæ custodia tuta,
 Quam clausi prati, fomitibus, atque domus.
 Dicendisne solent falsis adhibere laborem?
 Post biduum aut triduum ferre sub æthra dein?
 Dicendisne solent falsis adhibere sodales,
 Postquam perdiderint forsitan ante fidem?
 Vt vitent testes, occultè hic, alter aperte
 Falsa eadem dicit sub ratione pari.

Cum

Cum defunt testes volitant mendacia late,
 Quæ tempus prodit, nixque soluta dein.
 Non opus est doctum te fingere: doctus haberi
 Si cupis, est tutus discere multa modus.
 Namque solet dici: mendax sit oportet, abunde
 Vel gnarus, male qui garrulus esse cupit.
 Nec si discipulus vix sis, te fert magistrum,
 Lector & auditor credulus vt pereat.
 Famineum hoc ausim scelus appellare, nec errem,
 Falsa quod illarum in garrulitate latent:
 Præ fastuque volunt, quod non sunt, vsque videri:
 Huc sumptus, falsos accumulantiq; dolos.
 Et puerorum etiam, quibus est audacia feruens,
 Qua mala cum faciant plurima, cuncta negant.
 Affinguntne Deo culpam se & membra creati?
 Hæresis effronti quod magis ore facit.
 Quot texunt commenta, nouant, sine fine renarrant;
 Nempe queant nugis vt placuisse suis?
 Quotq; crepant falso, aut indigno iurgia more?
 Quanta sonant, iactant, gesticulantur, agunt?
 Quis magis absurdè fraudat, deludit, ineptit,
 Quam qui expers omnis (sat scio) frontis homo?
 Hic tibi de longè positis commenta reducit,
 Hic tibi de abconsis plurima fraude pari.
 Hoc te absente domi plateis mihi credito dictum,
 Hoc gestum in pago, dum mora in vrbe tibi.
 Effet id occultè gestum, ni conscius esset
 Seruus, tu si vis testis & esse potes.
 Hic si quid dubitar, se de hoc dubitare negabit.
 Si quid ais rectè, se quoque scire crepat.

Si necdum fallax notus tibi, se omnia fallax
 Posse & scire sua semper in arte feret.
 Hinc vt se purget, reliquos proscindet apertes:
 Sic sanum aut ægrum fallere ludus erit.
 Nec quæ sunt dicet, vel qualia, quæ dat, habetque
 Aut spondet, Veri ne videatur inops.
 Scilicet vt noceat, meditatur lingua tot artes
 Quot montes herbas, gramina prata tenent.
 O mortale genus, qua credulitate laboras?
 Quàm nescis, tibi sit queis adhibenda fides?
 Est qui defunctos vitam reuocabit ad ipsam,
 Ceu fuerint iuncti fædere, more, loco:
 Vafre equidem, quis enim defunctos ore refellet?
 Dic, ni rite probes, non ego credo tibi.
 His nil, his aliquid, quiduis transcribet & illis
 Auspice præsentis coramoditate sibi.
 Plura quoque vt credas, tibi vera fauoribus addet
 Gaudia mæstitia pectore mixta gerens,
 Quod sis deceptus, quod falli denique possis
 Teque notante parum, teque timente parum.
 Cautior inde tuo fies damno, atque pudore,
 Quodque homines viuant tam sine fronte, gemes,
 Quodq; has nõ semper sit promptũ euadere technas,
 Præsertim cum hominum te status ipse latet.
 Sicuti narranti aut spondenti credulus astes,
 Illudum miris fas sit abire modis.
 Ridiculus, si aliis referas, sine fronte videris,
 Vt coniuratos dicere falsa scias.
 Nunquid habent etiam socios mendacia in vno
 Conuentu vico, coniugio atque domo?

Con-

Conuinci se posse negant sic falsa profatos,
 Qui digni fumo pertenebrante oculos,
 Digni, nemo quibus se consuetudine iungat,
 Quos consultorum nesciat ordo pati.
 Inuidus, hæreticus, maledictor, sannio, adulans
 Hi plærumq; solent nectere voce dolum.
 Estne etiam quisquam, qui tam timidusque, pudensque
 Ut contra mentem spondeat ipse suam?
 Utque recusanti non instet iusta, recuset
 Nil alii iniustum, qui pudor in vitio est?
 Humanos mendax contractus eximit orbe:
 Oppobriis implet seque, aliosque suis.
 Quot vafri præ oculis & fronte videntur amici,
 Qui retrò insidias, perfidiamque struunt?
 Nec sibi tam gens est inter contraria sese,
 Quam simul infringit nomen, opesque nouas.
 Quid non liuor agit minima tabescere suetus
 Fortuna alterius. crescere si videat?
 An cumulata ipsum fors infortunia visa,
 Vel quoque mors satiet, quod nece peius & est?
 Cum quid ais, quærisue, tibi ut sit id vtile, prima,
 Aut pro maiori commoditate student.
 Fertur de Agricolis aliena colentibus arua,
 Quod grati renuant esse licet poterunt;
 Quodque ipsi semper mediocri in messe bonaque,
 Magna luis coram & multa querantur heris.
 Quod tamen haud ideo dico, ne satrapa, cuius,
 Nobilis, aut alius prægrauet ære suos,
 Prouentune pari veniunt mendacia? quisnam
 His fidat plenis murmure, bile, dolo?

Anne

Anne sibi proprios cupient, vt dicitur, agros
 Efficere ex cultu, scilicet assiduo?
 An spe præterito non pauci tempore forsan,
 Dum nurat belli sub quoque mole fides,
 Auxerunt sumptus, luxu seseque grauarunt
 Atque alios tot per debita, totque dolos?
 An nocuit mala credulitas authoribus ipsis?
 Starne fides, & heri, pax, homus, atque duces?
 An tibi forte loci mutatio creditur apta,
 Plus onerum incautis quæ generare solet?
 An tibi de factis faciendisque inuia fingent?
 Num sat cautus eris, si nouus hospes eris?
 Nunquid & insurgunt non vna speque, viaque,
 Credere hyperbolicos vt tenere modos?
 De distinguendis vix norunt, nosse voluntque:
 Obscurant verbis, quod reticere volunt.
 Ex te si audierint, quod dictum non sat apertè
 Ad captum, sic & cætera dicta ferent.
 Quod si hi scribendis libris rebusque notandis
 Sint adhibendi, annon exuret orde fides?
 Sic penes hæreticos modo ius mendacia fandi est,
 An impune diu sciuerit ipse deus.
 Iudicio iusto Dauid ait ipse dolosos
 Regius & vitam dimidiasse feros.
 Sicut enim hi vitæ, sic illi caussa relictæ
 Sunt gazæ fraudis sæpius arte suæ.
 An dignis adimit, quod fraus aliena malignè
 Indignis tribuit, qualis honos & opes?
 Vtque hoc succedat, præeunt & multa sequuntur,
 Et comitantur opus falsa profata nouum.

Præualet hinc inopi diues, stipatus amicis
 Et consanguineis soli, inopi, misero.
 Nam facile adiungit sibi pars tunc improba plures,
 Nec tempus nec res ipsa fatigat eos.
 Munera tunc spondent, prensant auresque potentum,
 Proecedunt, vincunt ante probata prius.
 Indigenis onerata gemit respublica fretis
 Forsan amicitiiis atque patrociniis,
 Qui neque se dignos reddunt, cum posse videntur,
 Cumque optabilius hoc meliusque foret.
 Rumpat amicitias, patrociniumque potentum
 Iustitia, & Daniel euigilato pius.
 Qui retegat fraudes, qui que ordine cuncta retextat,
 Proque reis iustos vt tueatur, agat.
 Est in diuitiis hominum, numerisque potestas
 Hæc sita, qua bene vel qua male multa patrent.
 Stent docti, vigilantque pii pro parte fideli:
 Nec vincant per opes, per numerosque mali.
 A Dispellat tenebras speciosa scientia densas.
 Iustitia & medios occupet alma situs.
 Abduci non se sinat vlla fauoribus vllis:
 Dirigat ignotos certificata gradus.
 Non hæc ad læuam se flectat & vsque sinistram,
 Ast æqua libra det, capiatque bonum.
 Forsan & est coniectandum, aut plus sæpe rogandum:
 Hoc odiosum, illud ambiguum esse solet.
 At videatur enim quandoque necesse, vt ipsum
 Noscas & facias, quod licet atque decet.
 Res indigna nimis, res & perplexa videtur
 Commentis reprimi, res dirimique bonas.

Siqui

Siqui vera quidem fantur, qui fingere fueri,
 Fraus metuenda tamen, quæ latitare solet,
 Nam vel de gestis alienis vera loquuntur,
 Ut lateat finis, principium, & medium,
 Aut quoque de longè positis, tandemque futuris,
 Ut spe sustentent, nil referasque boni.
 Sæpe modos omnes excedunt legis & æqui
 Ipso etiam in facto, quo tua facta premunt,
 Sive diu implerunt corpus pectusque piacis,
 Exhaurire tuum quod foret absque mora:
 Cum nihil & valeant, nihil in commune laborent,
 Seu non officium sive requirat & hoc,
 Cum poterunt iustum tamen hinc traducere, cumq;
 Ostentare graues more, modoque gradus,
 Quos semper rexere leues, tunc iure licebit
 Quiduis mentiri, credere & incipere.
 Qui non inueniunt nisi ponant ora cloacis
 Omnibus, vt semel hoc sitque necesse tibi,
 Purius vt niteas emunctus sordibus horum,
 Quas vt corde tenent, sic quoque voce vomunt.
 Nonne senex habitans Urbem prope dixit ibidem
 Fraude malos alium vincere quicquid agat.
 At sua quisque probet, volupe est abducere calle,
 Atque negare, vt det proximus, vtque alius.
 Quamuis mille modis norint contraria dicunt.
 Quis ferat? ipforum nemo. quis ergo? alius?
 Impete trans ventus tibi sic non ceder eunti:
 Commentum est ventus, cedat vt inde minus.
 Ignorans denos plebeios ipse rogauit,
 Quis æquè notum hoc omnibus esset idem.

Incertum hi commune sed hi dixere, sed illi
 Prorsus hyperbolicum, credere nonne libet?
 Credebam Mystæ tamen hinc magis. vtpote Clerus
 Teste viro vincit sæcula praua graui.
 Excusamus eos, quia non discrimina primi
 Nouerunt motus materiæque grauis,
 Damna nec aduertunt falsas comitantia linguas.
 Sed docti facient his meliora tamen,
 Seque alii curent moniti emendare, quibus nec
 Consilium, & legum visque fauorque deest.
 Quas Anabaptistæ commenti denique nugas,
 Coniugium solui qui sine lege sinunt?
 Cum tamen ipse Deus vetuit, ne quis fit adulter,
 Præsidibus sceptrum qui quoque grande dedit?
 Quod tamen hi renuunt, fuerint vt quando potentes
 Scilicet instaurent tum sua regna solo.
 Cur baptismum negant pueris hi, quod nec ademit
 Christus, Apostolicus quod dedit ordo prior?
 Cur tantum dites vocat emissarius horum,
 Quando inopes iussit quærere in orbe Deus?
 Qui faducais Christus compescuit ora,
 Obstruet his etiam qualiacunque sint,
 Nam nil hæreticis extat clamosius ipsis
 Marcus atque Ebion siluit primusque Cherintus,
 Montanusque dein, atque Nouatus item,
 Inde Sabellius, hinc Arius, Macedoque nefastus,
 Cum fallace tumens Eutiche Nestorius,
 Eunomius simul Heluidius, vigilantius inde
 Pelagius, Manes contieure diu.

Obmutescet item Lutherus, Caluus & Hussus,
 Picardus, Menno, Flaccus, & omne genus.
 Aduersus steterunt Christum, stabuntque parum pe
 Vniti, auersos se licet inter agant.

Vtque hominum quædam cognatio sit licet inter
 Se pugnants, concors est tamen erga alios,
 Qui tamen haud poterunt ius & pessundare verum,
 Namque super verum ceu natat almus adeps.
 Iusque suis caruit non defensoribus vnquam.

Sin careat, tutor perstat at ipse Deus.
 Atque suis quamuis corrupti moribus omnes
 Iudicium verbis exitiale dabunt:
 Nil fundata Fides supra Christumque, Petramque
 Concordans solida cum ratione tremet.

Vt quis egens queritur forsan sibi vera loquenti
 Non credi, at diti plurima falsa tamen,
 Sic quoque vera Fides, quæ circumuenta prophanis
 Vocibus atque Ducum pressa potente manu,
 Emerget, stabitque iterum super aspide victrix
 Calçatura simul te Leo, teque Draco.

At quid de secta speres ceu frutice prauo?
 Catholici an passim moribus omne negant?
 Lucra quidem vt captent imi summi que studebunt.
 Nunquid ius passim venditur omne lucro?

Si mora dilati, si spes perpenditur aucti,
 Si fraus descripti, si via longa dati,
 Si genus haud intellecti, si falsa fidesque
 Narrati, ratio si reuocanda rati,
 Si vis obtenti, si gratia rara parati,
 Si medii rara cum probitate fati,

Si cum prætextu dubio vis, fraudque negati,
 Proque tuo toties, Pauper ô, ære dati.
 Si mora suspensi ob aliena negotia parua,
 Inter vina loco sæpe natantis heri,
 Concillii nouitas, si sumptu ingente vocati,
 Nec moderati etiam, sit licet hocce vetus,
 Causaque si sumptus talis vel nulla leuisue,
 At dandi iuris iusta grauisque statim,
 Si sibi subiecti ratio quoque habenda popelli,
 Sique pericli, hinc quod profluit, atque mali.
 Si fat agendarum rerum, quas postulat vsus,
 Ordo, locus, tempus, res, ratioque domi,
 Si studii pacis, vitandi siue tumultus,
 Apparet iuris cum via nulla rati,
 Iustitiæ strictæ nullo violabilis ausu
 Sic statuente Deo, sic minitante Deo,
 Si non rumpendi membra intermutua amoris
 Cælo aspirantium religione pari,
 Reddendæque paris mensuræ: tempore eodem
 Fortitan aut paullo post veniente statim,
 Iuris pro meritis si denique distribuendi
 Iudicis excluso mente fauore probi.
 Quæ cautela vides adhibenda hic quanta fidesque:
 Quarum defectu fraus sine more regit.
 Non addam populi periuria iacta vicissim
 Iurgia, liuorem, perfidiamque trucem.
 Nam neque paupertas minus ingeniosa videtur,
 Vt mala diuitet seu bona quæque metat,
 In mediis & sine suo licet hæritat, atque
 Impingit, fallit, fallitur, atque dolet.

Sunt

Sunt de complicitibus nonnulli forte professi,
 Hi paupertatis sub specie quid agant?
 Quandoquidem dites pretiis multantur & ære,
 Ast hi sunt tuti soluere cum nequeant.
 Non probo quod dites multentur semper in ære,
 Exilium quando vel meruere necem.
 Nec probo quod viuant inopes sine speque metuque
 Et spe equidem, diti ne modo præda fient,
 Atque metu, ne quid capiat respublica damni,
 Ne faciant odio, neue fauore malum.
 Nam possunt citius puniri & promptius, ære
 Dum non inueniunt forte patrociniū,
 Exiliumque queunt paucis cum rebus inire,
 Quod minus & probri, quam fera virga tenet,
 Includique locis ubi pane cibentur & vnda,
 Donec perfidiam, desidiamque fugent,
 Aut grauiore modo si facta merentur & ausa,
 Feruenterque palam & continuata diu:
 Scandala nam prebent vulgusque ducesque vicissim,
 Dum non hi pœnas dant alii que ferunt.
 Quarum defectu regnans super Aethera Numen
 Bello omnes vastat seu fame, siue lue:
 Præstat enim ad tempus miserandos, omne per æuum
 Quam fieri, docuit Christus vt ore suo.
 Si quoque quod specie tenuis est, sed non scelus ex se,
 Non licet, anteaquam reddita causa grauis.
 Nonne magis multo offendiculis letabilibus omnes,
 Per se quæ lædunt, abstinuisse decet?
 Vt Princeps, Prætor, Parochus, coniunxq;, senexque,
 Quique ipsis parent, quique subesse solent.

Nam fragilis perit ac exemplis in scius omnis,
 Quorum respectu scandala damna dabunt,
 Damna dabunt, quo scire minus fortasse laborat
 Inscius, & fragilis deposuisse malum,
 Utque scias quantum possint præstare volentes,
 Quos regimen, serui, castra, tuentur opes.
 Accedit hoc alibi, ut quidam, quos hæresis ipsa,
 Proximi & hæretici perpulit ansa loci
 Diffugerent proprium templum, æs à præside iussit
 Soluere temporibus quattuor absque mora.
 Libertate sua vsuri quæ soluere posse
 Diffisi, parent templaque lege petunt.
 At videas cum aliis alios sacra templa petentes
 Hæresin haud tacita proderet voce suam.
 Quid facias igitur contradictoribus istis?
 An non multandi sub ratione pari?
 Hæretici hinc illinc ausi sibi sumere tantum,
 Catholicum ut nollent in grege ferre virum,
 Qui sic dixerunt (fors audax vnus & alter
 Sub Duce Catholico, qui tolerauit eos)
 Viuere nobiscum si uis, templum ibis in vnum,
 Aut sanè exilium. Rustica gens quid agis?
 Tunc tibi tantum sumis de reque fideque
 Iudicium tantis tanta crepasque modis?
 Quid si Catholici caussa meliore modoque
 Exigerent tali te quoque, secta, modo?
 Figmentis atque ut hictoribus exonerentur
 Occultisque domi, conspicuisque foris.
 Est sectis astine genus pariterque fugandum
 Diuinorum, qui quoque fraude vigent,

Estque

Estque genus deses, fallax, furaxque, vagumque,
 Quos alia hîc alio nomine terra vocat :
 Quorum dux reliqua nequiens à plebe necari
 Forte sclopis, cecidit fuste premente caput.
 Delirius exemplis late & ratione nociuos
 Et scriptura reos hos necis esse probat,
 Atque alios Magices studiosos atque peritos :
 Signa orbi produnt qui manifesta satis.
 Expergiscimini terrarum ô culmina, aperta
 Nec finite hanc pestem serpere fronte magis,
 Quæ personarum semper discrimine nullo
 (Forfan vt omissum) vindice digna foco.
 Noui alibi, fuerit quod in his lassata potestas,
 Quod sint inuiti ad facta fatenda nimis.
 At grege cum tali careat prouincia nulla
 Iactantum sese labe vel arte sua,
 Demiror, cur his sit adhuc locus hostibus omnis
 Virtutis, hominum, Numinis, atque sui,
 Late adeò miror grassari Dæmonis artes,
 Illudit qui tot pectora cæca modis.
 Expergiscimini terrarum, ô culmina, per vos
 Ne viduus pereat siue pupillus inops.
 Cernite: simplicitas multorum læsa reposcit
 Circumuenta odiis fraudibus, atque minis :
 Debita qui repetunt eadem, nusquamque probata,
 Aut accepta negant, aut data plura crepant,
 Qui gaudent circulis seque ostentare tabernis,
 Quo cum nemo venit, nemo refellit eos.
 Nec tantum furtim, at referant vi claustra Satanæ.
 Deque magi furto consultiturne magus?

Irrepunt alii officii promittere montes
 Ausi nil fructu, nilque sequente fide.
 Cura aliis superest, vt fiant arteque vestes
 Et forma, cur non officiumque pari?
 Nec vindicta deest manifestis sæpe rapinis:
 Neglecto officio cur eademque deest?



ELEGIA XII.

*De nonnullis virtutibus & vitiis, Ex Ger-
 sonis Doctoris consolatorii an-
 notationibus.*

DEcipit assidue Dæmon: nec sufficit vnus
 Huic modus, est subito cum male tentat eum.
 Obiicit aut Veneris speciem, culpaue tenaci
 Obdurat, mores inficit vsque bonos,
 Principio dum operis spectatur gloria vana:
 Seu placet in medio, quando petita minus:
 Aut subeunt animo fastidia linquere sueta:
 Impatiens sine est, est odioque Deus:
 Tentat & aduersis: specie mala palliat æqui:
 Sic hic, vt profit, vsque præesse cupit,
 Hic corradit opes, premat vt nec inopia tandem
 Pectus ad iniustos flectere sueta dolos,
 Hic breuiter Veneri vult velificariæ atræ,
 Vt fortis subeat post metanæa reo.
 Inuidet hic alii, successus ne eleuet ipsum:
 Otia tractat & hic, ne modus exuperet.

Est

Est quoque cum solo mentitur pectore quisquam

Vera loquens de te, queis negat ipse fidem.

Vt coram laudans: alius non corde sed ore

Dicere vera putans, non aliterque sciens.

(Huic opera est adhibenda tamen, ne fallat & erret,

Vel taceat, vel se talia scire neget)

Est quoque cum solo contentus nomine quisquam

Christicolæ, vt Domino qui negat ipse fidem.

Est qui se simulat sanum, iustum, atque peritum:

Quod gratæ fallendi cum quoque sine facit.

Sitamen vt vites crimen, damnnumque, malumque,

Vt doceasque velut plus pietatis habens,

Neue videreris temerè, nimiumque solutus,

Mortiferæ labis non eris inde reus,

Nec cum vis quiddam cui significare per illud,

Personam vt Iacob qui simulabat Esau,

Est cum sanctus adhuc offendi spiritus Aethræ

Adsolet, impugnas cum tibi nota fatis.

Nota fatis fidei sacra dogmata nempe saluti

Congrua vel morum, quod graue crimen erit:

Aut cum blasphemias cœlestia signa ab eodem

Edita, vel Christo, vt gens pharisæa prius:

Nec quando ad veros metanææ adducier actus

Te finis, vt tres hos lexque, Deusque iubent,

Sed te mortifero obduras in crimine ad vsque

Mortem longo habitu, perfidiaque mera.

Aut cum Camo dicis vel corde, vel ore,

Quod minor est culpa gratia Dia tua.

Aut cum nil metuis Duce Pneumate dante timorem:

Saluandus meritis sis velut absque tuis.

Sive

Siue doles, Domini quod multos gratia sanet &
 Conuertat, donet moribus, atque fide.
 Huc etiam referam, vt fiet esse necesse fidelem,
 In regno Moses, qualis vtroque fuit,
 Qualis erit seruus, socius, Dux, quæstor, amicus
 Prælatus, Parochus, Prætor, herus cum aliis.
 Huc quatuor referas, ne signo, voceque fallas:
 Ne secreta alios credita scire velis:
 In tibi commissis rebus vbique fidem.
 De quo quinque notes: commissum ne tibi perdas,
 Multiplices, fraudes ne quoque parte lucrî,
 Ne tua peruerse facias, hostique relinquant,
 Hæc fas est aliis explicuisse modis.
 Dissipat is, vitam Satanæ qui addicit honorem
 Ad Domini acceptam, proque salute sua:
 Qui bene ab inceptis resilit, qui destruit illud
 Exemplo, ore simul quod struit atque prius.
 Multiplicat qui non Domini talenta, recondit:
 Vel captat pretio lucra minora suo:
 Aut vbi cara minus, bona venditat: is quoq; fraudat,
 Debita cui Domino gloria rapta fuit,
 Exemplo socios, seque vtilitate suæmet
 Mercedis priuat: terna prout bonaque hæc.
 Is quoque peruersè facit: vt qui forte fidelis
 Non fuit in paucis, magna negentur huic.
 Hic hosti linquit qui castrum corporis: arcem
 Hanc animæ assensu Ditis in obsequium
 Tradit: & auxilium prece non cæleste requirit
 A Domino, ad votum subueniente statim.

Nunc quoque virtutes quatuor, quæ à cardine nomen

Accipiunt, paucis addere tento modis.

Rectificant hæ animæ vires, prudentia mentem

Discernendo bonum nempe malumque fatis,

Aut melius quod sit inter bona bina, vel inter

Quod mala sit maius bina, magisque malum,

Vimque irascibilem fortis, qui temperat autem

Concupiscibilem, rectificare solet.

Est in consiliis prudens, astuque cauendo,

Fortis in aduersis quæque molesta magis,

Delitiisque coercendis moderatus & vsu,

At dispensando, dandoque iustus opem.

Quatenus impugnant vitium, sunt incipientum,

Quatenus at vincunt, perficientium erunt,

Quatenus euictis consistunt, inque quiete,

Vt primi motus impete raro abeant,

Sic perfectorum hos quodam modo dicimus esse.

Nunc etiam in specie pauca notanda dabo.

Distribuit iustus, communicat omnia rectè:

Dat quoque perpetuo debita cuique sua.

Iustitiæ sunt Macrobio sex denique partes.

Relligio summum percolit alma Deum.

Officium pietas coniunctis sanguine præstat:

Est in amicitiiis gratia vtrique decens.

Quâ vindicta licet per leges, perque potentes.

Pellitur omne nefas, vis, & obesse volens.

Præsidibus decus obseruantia vel dat honorem.

At quæ sunt, fuerunt, quæque futura dein,

Immutata manent Veri virtute perenni.

Iustitiæ partes hæc notasse sat est,

Autore

Autore at Seneca cunctis prodesse, nocere
 Vult nulli iustus delinit ipse tamen
 Idque subinde metu aut odio, pænis & amore.
 Propterea & transfert regna subinde Deus.
 Debilitas animi vt triplex, formido futuri,
 Præsentisque dolor, cum cito nempe dolet,
 Flexilis in quamcunque vigor tum denique partem.
 At fiducia cor munit, agitque metum,
 Mollitiem infringit patientia, flexilitatem
 Constantis robur corporis atque animi.
 Nemo coronandus, ni sic certauerit ipse
 Legitimè, vero paullus vt ore refert.
 Temperat vt gustum, sic sobrietasne vocatur?
 Virtus, vt tactum continet, estne pudor?
 Vt reliquos sensus tres, estne modestia dicta?
 In dicto & facto quæ moderamen habet.
 Cognitio est vitandarum prudentia rerum.
 Ad quam bina quidem hæc pertinuisse volunt;
 Incipiat ne quid leuiter captumque relinquit,
 Sit Deo opus gratum, ac vtile amicis aliis.
 Est quoque Theologis quadruplex authoribus ipsa,
 Subnectam stylo quas breuiore modò.
 Est purgans contemplatu Cœlestium in orbe
 Tempore cuncta vago consita, scita, sita.
 Politicæ est normam rationis vbique secuta,
 Nil præter rectum velle, nihil facere.
 Purgati animi est Diuina renoscere sola
 Tanquam præter & hæc sit nihil aspicere
 Est Exemplaris mens Numinis ipsa videntis
 Cuncta auscultantis siue scientis item.

Præteritum meminit prudens, præsentia noscit:
 Prouidet & cauta mente futura sua.
 Sic equidem corde est disponat vt omnia coram:
 Prima recognoscat, præparet hinc alia.
 Ore quidem, vt semper præstet moderamen in illo,
 Ast opere, vt prauum vetet, agatque bonum.
 Est & Aristoteli quadruplex prudentia, regnum
 Qua regitur, mores, miles, & ampla domus.
 Quatenus at prudens tibi consiliarius est cor,
 Quo discernis opus iudicis instar agens.
 Quatenus inde iubes fieri, est velut induperator:
 Definitiuo cui bene nomen erit.
 De tentaminibus nunc addam pauca, meomet
 Non tamen inuento, cognitione tamen.
 Inchoat hæc suggestio, delectatio pergit,
 Perficit assensus cum ratione sciens.
 At per opus prauum, per consuetudinis æstum,
 Per desperamen sat retinetur in his.
 Angelica aduersus Satanam custodia præsto est.
 At mundum Diuûm gloria, pugna, fides.
 Synderesis contra carnem, ac irascibilis vis
 Biblia, scripta Patrum, gratia, robur, amor.
 Ast varii est generis tentatio: namque videtur
 Principio insolitus illaqueare labor,
 Dein de virtutum successibus est male vana.
 At dubia est, hæret cum quis in ambiguo
 (An liceat vel non) quæpectus opusque retardat,
 Et petitur notum certius inde malum,
 Subdola cum vitium specie virtutis obumbrat.
 Fastus honestatis nomine sic tegitur

Disc reto

Discreto officio excusantur commoda carni,
 Iudicio iusto vis nimis acris item.
 Quando creaturæ plus quam paretur Olympo?
 Sic auro parent vndique nonne suo.
 Si quando inferior peruersus, dux que remissus:
 Inferiorne Duci tum iubet ipse suo?
 Si quis & illicitis in rebus pareat, an non
 Rectoris vitio consonat ipse sui?



ELEGIA XIII.

De Iustitia.

Iustitia est virtus, quæ cunctis debita reddit,
 Quæ cito transitur, non reparanda citò:
 Nam multos videas, qui idcirco aliena requirunt,
 Ut noceant aliis, prospiciantque sibi.
 Ille voluptatum ut potiatur scenore dulci:
 Hic, ut sustentet remque statumque suum:
 Otio ut hic suetus nunquam post deferat illud,
 Nec tamen inferior quolibet esse velit.
 Quisque suo trahitur, studio aut plerumque paterno:
 Spem quoque conceptam subruit aura leuis.
 Tam lucri causa quam muneris angitur ergò
 Donandi: nam res suspiciosa lucrum.
 Quam rara his operis patientia, quam fuga rara
 Dissidii & potus, immodicæque dapis?
 Acultu sacro ad luxum sæpe æra vocarunt
 Annua, prouentus quæ reditusque vocant:

Ad

Ad quos non aditus facilis, mixtusque periclo
 Successus. auctus excubiisque metus.
 Impugno sacram non consuetudinis arcem:
 (Est quæ consiliis discutienda piis)
 Ne sed abutenti, vel corruptela sequenti
 Exemplum prauum consiliumque fiet.
 Nam supplementum cum sustentaminis augent,
 Tunc minus impietas iuris habetque loci.
 Hinc quamuis populo Cleroque augmenta decora
 Diuini cultus, vt fuit, vsque & erit.
 Attamen internus quoniam præstantior illo,
 Hinc ratio potior huius habenda foret:
 Cui si conducet melior modus vsque tenendo,
 Huic aptandus erit, quâ licet, atque decet.
 Corda loco tolerare nefas est æmula in vno:
 Aut hîc vt pœnas, præmia vt ille ferat.
 Nam disciplinam liuor, lucrique cupido,
 Conturbare solent, aut vacuare solent.
 Innumeri aduertunt, vix corrigit vnus abusum.
 Lex proclamatur, semper at vsus abest.
 Cerratim plebs ad sæuam male prouocat iram,
 Perfidiaque graui ludibriisque nocens.
 Nil nisi palliolum quo fors sibi vile quietis
 Obtegit, insequier quam queat inde furor.
 Iustitiam violat bilis promiscua multis,
 Sufficiens sumptum proque duobus onus,
 Vini adamans nimium præses illique ministrans,
 Inscius, imprudens, lentus, ineptus, iners.
 Qui nec iustitiam violantes punit & odit,
 Siue hoc desidia, siue timore facit.

M

Aut

Aut etenim abstineat perrumpere non scelus audens
 Officio, aut fiat liber ut ante fuit.
 Iustitia hinc vindex est dura, leuera, fidelis,
 Sacra, salutaris, inuiolata, potens.
 Hanc etiam violant, qui cum se aliosque gubernent,
 Non firmant sese robere & arte pari.
 Iustitiæ doctor Leonardus Lessius olim
 Scire auido claras suppeditabat opes,
 Quo si non careas, per lectopura subibunt
 In mentem paribus repperienda libris.
 Nec solidis libris, queis prima fronte cuius
 Est opus, amotis plura requere statim.
 Huc tua collimet prudentia, sudor, & ardor:
 Cætera, ni temnas, transiisse licet.
 Non deerit requies quoq; honesta, laboribus ægram
 Et festam mentem quæ recreare queat,
 Vnam quæ obtineat post cænam circiter horam
 Prandiaque, ut sana in corpore membra fient:
 Nam quia continuum vires exhaurit & arctat,
 Hoc horæ studium tum magis arctat adhuc.
 Iustitia est veri studio mage prompta, vigilque:
 At mendax prompti causa grauisne mali est?
 At sua qui cumulant alienis comoda damnis,
 Augebunt damnis lucra aliena suis.
 Tali namque modo compensat talio fraudes,
 Iure subornatus talio Cæsareo.
 Aduena si quis adit rumorum nescius illic,
 Vix socios fidos inuenit ære graui.
 Vile receptaclm vix æger & inuenit illic,
 Vix legis, moris gnarus is, atque loci.

At peregrinantes Medicus iuuet, vrbisque, Ducesque:

Quis tamen hos misera conditione negat?

Adde quod exosum est peregrini nomen vbiq̄,

Rarò & amicitias hi reperere statas.

Aspirare licet si ad iusti culmen honoris,

Serò cognoscit, noscitur atque capit,

Sive quod inuisum est aliis, obtruditur ipsi,

Quid fragile, incertum, quod graue, quodq̄; malũ.

Quomodo succurret dicet respublica cunctis?

Adstringet validas ad opus omne manus,

Qui se ægros simulant, qui sese reddere mancos

Non metuunt, fama dedecus omne luant.

Quod sat, pauperibus detur: nec ditibus ipsi

Se quoque præponant: sintque quod esse queunt.

Ast inopes bellum reddit: pax ergo paretur:

Sin ætas: sumptus publicus his petitur,

Donec crescentes ornent sese artibus aptis,

Ad quas se factos esse fatosque putant.

Inuenti fuerunt, qui mallent cedere gazis,

Vicatim exactis quam caruisse cibus.

Miror ego tantis studiis aliena requiri:

Exigit extremæ quæ famis ordo pius.

Sed neq̄; pauperibus vellem per me quid ademptum,

Sed neque diuitibus me dare iura decet.

Sunt qui cum haud egeant, alienis vndique sese

Infinuant, quibus est res minus ampla sua.

Est igitur sanè libro acceptique, datique

Hic opus hac multos exagitante fame.

Non minus est etiam testes adhibere necesse,

Cum das atque capis plusue minusue alii.

M 2

Non

Non minus est & opus paucis considerè fidis
 Notis diuersa conditione tibi.
 Consuleremque tibi rarò nunquamue petisse
 Mutua, quæ aut agrè, vel citò non referes.
 Non minus inculcem, ne fias tutor & hæres,
 Debita multa vbi sunt, vel tibi nota minus:
 Nec facile vt fias pro externo, aut sponsor amico,
 Qui fraudare solet, dilapidare solet.
 Nec facile vt credas tibi promittentibus aureos
 Montes, qui nequunt suppeditare lutum.
 Nec facile vt fidas pro te, aut tibi multa locutis,
 Qui vel nil callent, vimue, dolumue parant,
 Nec facile vt dicas, quæ nescis ipse probare:
 Cedere nam testes vel variare solent.
 Quodque hodie dicunt, cras inficiantur ineptè
 Contra te, seu pro commoditate sua.
 Præstet vt à tantis etiam procul esse periculis,
 Augentur numero quæ coeunte magis.
 Fit testamentum si quando Notarius adlit,
 Cum libertate, & cum ratione vales.
 Idque noues (quod nunc dicunt reuidere) quotannis,
 Si quid es oblitus, seu variare cupis.
 Adiecta nulla, aut hac conditione, vel illa,
 Quam tamen exequier velle putabis eum,
 Cui commifisti, vt binis committitur illud,
 Quod fieri cupias post tua fata statim.
 Quisquis amat dominum, hic plures curabit amare:
 Vna præcepit quod modò lege Deus.
 Talentum nec conde tuum: nec dicito sæpe,
 Sum minimè custos huius & huius ego.

Per te, si possis rudium ignorantia cesset,
 Qua quidue ignorant, cur faciantque piè.
 Nunc & quærat tibi, nunc sumatur & ansa:
 Exemploque mone, ac affabilitate moue.
 Reddes cuncta Deo, Ducibus sua promptus ad omne
 Obsequio, ad libitum prorsus vt esse velis.
 Quod Monachi faciunt effectu tu potes ipsam
 Affectu, Monacho si placet esse minus.
 Quique aliis præsumt, cognoscant ante minores
 Et foueant: iustus sit rigor, haud nimius.
 Non palpent, sed corripiant peccata nocentum.
 Nilque modis his est sis vt acerbus opus.
 Debetur custodia nec non disciplina minori:
 Illa vetat, factum, corripit hæc facinus.
 Qui vagus est sterilis modicæ virtutis habetur
 Inconstans: solidi dicitur esse quies.
 Sis nulli vt blandus, tamen omnibus esto benignus,
 At focius paucis, omnibus æquus eris.
 Conuentu socialis amor parque omnibus vno:
 Dissidium in binis sædus itemque tribus.
 Iustitiæ tradit methodum legemque Becanus,
 Quo moneas, raddas, quo satagasque modo.
 Quæ bene distinctim proposta leguntur apertis
 Sensibus hoc sat vix inlinuata loco.

M 3

ELE-



ELEGIA XIII.

De cura valetudinis.

Nec sine temperie profunt sat forsitan herbæ,
 Nec sine vi herbarum sat tibi temperies.
 Nunquid Paulus olus commendat Apostolus ægris?
 AÆgris, temperies quos iuuat alma, reor?
 Qua ratione cibi quis tantum & digerat escæ,
 Corporis accedat ni labor ipse comes?
 Viscera quò purgent humoribus integra more,
 Qui medicam in Maio deseruere manum?
 Balnea ni moueant sudorem aut ignis, & æstus,
 Aut torus, aut certo sine modoque labor.
 Utque iuuet labor, haud tamen hic sanauerit ægrum.
 In medica posita est certa medela manu.
 Qui morbum si per nequit excrementa videre
 Præsertim capitis, pectoris, atque gulæ,
 Aut hunc perpulsam vænæ, fusumue cruorem,
 Aut quoque per vultus coniiicit ipse notas.
 Tunc bene confidis medico si non sua quærit,
 Sed tua, nec vires aggrauet arte tuas.
 Et tibi tantundem, quantum sibi præstat, & auget
 Non sua non damnis lucra aliena tuis.
 Fidimus heu, vitæ malè tot contagia propter,
 Totque vel ignotas, vel subitaque lues:
 Namque intemperies corruptio viscerum & ipsa
 Permittit stabilem vix retinere gradum

In

In caput è stomacho surgunt nocuenta vaporum:

Equo vicinum corque pericla subit.

Dat leuis interius pleuritim defluus humor

Verticè: nec rarò cætera membra grauat:

Hinc podagra, hinc chyagra, hinc interquecutanea

Læsiõ paulatim certa statimue ferit. (quæuis

E medio cerebro fluit inde superfluus humor

Pulmonem, sensus, cor, stomachumque petens:

Cornecat, irrumpit vocem, grauat, obstruit artus

Nemo fatis nouit, nemo fatisque fugit:

Quæ lentum modo, mox violentũ, nec minus acrem

Vim cruciando homini, vel perimendo adhibent.

Quot frigus grauius, leuiter vel concitus æstus,

Tristitia aut mæror, spes, nimiusque metus

Aut homini quiduis aliud intusque forisque

Perniciem in subitam tale reclusit iter?

Quæque intemperies gignit potusque cibi que

Sæpius, impuri vel grauis aura loci.

Principio morbi, certoque monente periculo

Præueniat citius culpa fatenda necem.

Nam bene qui suadent, potius suadent ter agendum

Ter monito à Myfsta, cui sua facta refert,

Aut toto vitæ de cursu, vt fecere frequentes

Seu docti è clero, seu populoque pii,

Præsertim nunquam si id fecit: tunc & ab illo

Tempore delicti fas memorare modo.

Esse duplex fertur pestis, quædam inficit auram:

Atque domos quædam, castra locumue alium.

Cum pestis totum letalibus aera plagis

Inficit, hæc Medicos publica causa latet

Omnis huic aditus clauduntur & vsque fenestraz
 Tutus vix herbis halitus atque fuga.
 Quando foras itur, primis præmorfa labellis
 Angelica infestam nonnihil herba fugat.
 Sæpe quis efflatis impune subiuerat auris
 Non ad se attractis peste domos trepidas.
 Miror enim reputanti homini contagia tanta
 Absque æqua causa talia tecta peti,
 Cum queat in foribus consistere, stare, loquique,
 Aut vento immunem reddere flante domum
 Admisso latè per cuncta cubilia vento,
 Suspensas vestes purificante simul
 Suspensas triduo: tunc namque probabile vestes
 Illuuiem totam deseruisse suam.
 Si corpus reliquum, non & primaria membra
 Appeteret, cordis præcipuè que sinum:
 Liber homo tum à morte foret: quod cum medicorū
 Officium est, hos qui scitque, potestque, vocet,
 Præcipuè tunc parte domus, quæ opponitur auræ,
 Altior estque, aliis se locet æger ea,
 Nec mora te quam opus est, retineto diutius a de:
 Naribus ad morsam ac ore teneo rutam.
 Aut si ista careas, quid amarum, forte, vel acre:
 Expue cum exieris, sime licetque nouam.
 (Non opus est puro cum vadis in aere vel stas
 In pagis, vti talibus antidotis)
 Si tunc suspicio pestis tibi forsitan haustæ
 Hæc hora, aut horis, rite duabus ages:
 Vt tibi tum exhalet, potum haud superadde cibumque
 Ad puram potius stes sedeasue diem.

Linea sit potius, quam lanæ vestis, ut intras:
 Exue quam rediens, auræque purget eam.
 Hæc & erunt medici (reor) expendentibus apta
 Visa: & consilii & plus opis adicient:
 Adicient forsan vna descripta tabella,
 Quamque foris quivis audiet, atque leget.
 Iunctane sunt omni sermone deliria pesti,
 Vixque piæ ut possis pænituisset, sinunt?
 Expectare sacrum Medicum securius esset
 Sano, quam expectet te Medicus miserum.
 An multos pestis mouet ad meliora? probare
 Vtunc hoc passim testificante licet?
 Cum vira neglectus adest plarumque: necisque
 Plurima non vno quæritur ansa modo:
 Dum nimis indulgent Baccho simul atque seorsim,
 Aut Vencri, prauæ deliciisque gulæ.
 Acida præseruant putredine corpus & aspra,
 Acridaque, ut sanum aut debile perstat adhuc:
 Occupet ut tarde hæc non inueniatque recessum,
 Vim contra hoc duret longius atque moram.
 Emacerata prius campana hanc anula aceto
 Indita linteolo gutture depulerit:
 Nam guttur plarumque peti quis credere nolit,
 Infecta tunc seu dape siue mero?
 Rarius idque tamen, sed tanto occultius atque
 Certius: hoc plures nam periire modo.
 Si modus & spacium accessum depellere cordis
 Esset, salua hominis integra vita foret.
 Herba modum præstat non vnica mixtaque multis.
 Exempli clari iam vice pono rutam.

Hæc etenim præter vim, qua præferuat ab ore,
 Præferuat modicè non quoque corde minus.
 Ergo simul sumenda cibo, sumendaue potu
 Integra, vel scissa, trita alioue modo:
 Interea elicito membris sudore vapores
 Sensim pestiferos elicuisse licet.
 Tunc datur & spatium mittendi sanguinis, ægri
 Hoc quantum vires tempore ferre queunt.
 Inuenient quoque plura locum medicamina: si quæ
 Tunc Medicus presens fors adhibere volet.
 Namque exarescit quia mox feruore medela,
 Commutanda alia rursus & inde alia.
 Sic vi maiori tricies iterata medela
 Sano aliquem potuit constituisse statu.
 Frictio cum motu correptis pauca venenum
 Elicit, at bubo vultque aliud medium.
 Ignea, si vires ferrent cauteria profunt,
 Extractus furni panis ab igne calens.
 Aut si quid simile his queat extraxisse venenum,
 Horis herba tribus ceu scabiosa facit.
 Lixiuum viui quoque aluminis atque recentis
 Aut viuæ calcis tunc medicamen erit.
 Melle, oleo, sale vel trito carbunculus exit
 Coniuncto, aut aliis pluribus acer abit.
 Emplastrumque nouæ radice lilij, eidem
 Adiunctis betæ & caulis item foliis.
 Plura quidem (& meritò) medicis dictanda relinquo
 Contentus rudibus præstituisse viam.
 Promulgata fuit terris de peste tabella
 Imperio magni Præfulis atque Ducis,

Præuia

Præuia Pastorum monita ad peccata luenda
 Exegit cordis sponte dolore sui:
 Ut se quique frequens paret ad refatenda semestri,
 Sumpto itidem sacro pane pararet iter.
 Ut misso corpus purgetur sanguine gratis
 Pauperibus, medicò ditibus ære dato.
 Utque magistratus maiori ponat in Vrbe
 Consimili medicum conditione pium
 Danda inopum turbæ medicamina, paucaq; quædam
 Antidota; hæcque habeat pharmacopola domi.
 Peste nec infectus sinat ipse grauescere celans:
 Sed prout expediet, tempore quærat opem.
 Dein, si conualuit, cætus vitato bis octo
 Per lucas, iuncti quique fuere domi.
 Quiq; adeant templum, quòd non adiere frequentes:
 Quatriduo vitet promptus abire alios.
 Subtilis quibus est complexio, per similesque
 Contrahere ex paribus sæpe venena solent.
 Ergo loco veniens infecto, intrare vetatur:
 Infectus Parochum ad se vocet ipse domum,
 Absque hominum turba veniat: tædisque carebunt
 Funebribus, cænis vixque aliàs licitis.
 Infecti vestes non importentur in Urbem:
 Vrere quas flammis expedietque statim.
 Neve lauatrina vestes tum publica purget.
 Potus adusti etiam vanus abesto meri.
 Aegrotos multos quintus vicesimus annus
 Vidit, quo morbi nomine nescit adhuc.
 Disputat, aut dubitat Medicorum turba perita,
 An fluat è cælo siue calore malo,

An.

An utroque simul: magis atque probabile credunt
 Quod sit subtilis spiritus atque nocens:
 Qui quondam grassans ex Vrbe migravit in Urbem:
 Donec comperta huic est medicina grauis.
 Nam sudore habito confortatiua dabanrur
 Cordis: & hinc pestis fixit ab orbe gradum.
 Hæc vocitanda lues meritò quoque nomine pestis,
 Quod par huic sine & conditione fiet.
 Et plerique quidem tum conualuere, tamen si
 Pæne anno toto mitior hæsit eis.
 Extincti quoque sunt qui viribus amplius ausi:
 Quas hæc sæua lues attenuare solet.
 Neglectus multos, nec debita cura necauit:
 Tum grossæque dapes, immodicumque merum,
 Nonnulli pepulere inopes putealibus vndis,
 Fermento pedibus suppositoque suis.
 Pæne triplex genus est: alio quoque sæuius vnum:
 Affligit multis, turbat itemque caput.
 Stultitiæ simul & necis inde pericula portat.
 Quæ lenit blandus quomodocunque sopor.
 Importuna hominum simul improuisaque curis,
 Et studiis instat sæua melancholia
 Firmius obstructis audens subsistere vænis
 Splenem inter stomachum, corque, iecurque sitis,
 E cerebro vel causa fluit cognata, cibusque
 Non sanis, cerebrum rursus aditque nocens.
 Consuluere igitur phantasinata mente fuganda:
 Conatusque aliquis saltem adhibendus erit.
 His studio cautè & blandè obrepentibus omni
 Esse resistendum Iunius author ait:

Præualeant homini ne sumpto robore: quæque
 Ex intemperie corporis orta putat.
 Hinc metus, ira, dolor, grauis obrectatio mentem
 Cum subiere grauant corpora labe sua.
 Præsidibus doctisque horti conducere cultum,
 Secessumque loci sæpe salubris ait.
 Humores exercitium (testatus & alter
 Est Medicus) operis excoquit vsque suis.
 Quis quoque non credat crebro sudore leuari,
 Si nimus vires non grauet ipse tuas ?
 Annua nonnullis ad tempus potio purgat:
 Consilio medici quæ data forte boni.
 Suntque dapum qui ideò cautè discrimina vitant:
 Et pascunt modicis corpus inane cibus.
 Sunt qui oblectantur, si forte superuenit, hosti
 Iusti exercitii, lætitiæque modis.
 Grata aliis mentis custos & corporis est pax
 Conscia nil sceleris læta, modesta, vicens
 Spes (inquit Cicero) meliorum sola videtur
 Rebus in afflictis ferre potenter opem,
 Nonne Melancholico medicati pluribus herbis
 Purgatiua meri quoque bibenda die.
 Haustus erit modicus matutinusque, domique
 Clauso & ieiuno, proffit vt atque iuuet.
 Sacculus occluso, vapor vt non exeat aptus,
 Fictili habendus erit vase, cadoue nouo.
 Quo sensim ad fundum epoto præque ordine scripto
 Tantundem infundi restat & inde meri.
 Hoc epotando transibit tertia plusquam
 Hebdomas: hinc iecoris vana resecta fluet:

Nec

Nec non vix paulum manans pede vana lienis
 Quoque ita detrahitur vi niger ante cruor.
 Purgatis solet hic & terminus esse quotannis :
 Tentari cerebri vixque medela solet :
 Quod cum aliis membris per tres curabile menses
 Syrupo : cuius gustus & inde datur,
 Qualibet exiguisque die, pauca pilulæque,
 Viscera quæ interea sat vacuare queunt,
 Nempe Mesenterij, iecorisque, lienis & ampli
 Præcipue, quo se fons malus ille tenet.
 Interea prodest exercitium que laboris :
 Quod quoque, ne redeat, proderit vsque fatis.
 Temporis at lapsu dicti seruanda diæta,
 Delectus potus, proficuique cibi :
 Ne, quæ materies est decerpenda, recrescat,
 Pluribus hinc mediis quæ vacuanda foret.
 Omne genus casei & fructus, porcina, fatisque
 Seruati aut fumi vi caro nigricomi.
 Cumq; rubrum vœnas vinum obstruit, aptius album
 Hoc his Rhenanum est vtiliusque merum.
 Non pyra quæ stipant sed quæ bene poma relaxant
 Vsta rogis, sed non vsta rogisque caro.
 Sit cibus & potus modicus, cereuisia cocta
 Sit bene vim perdunt plæraque cocta malam.
 Sunt quoque gignendis pisces humoribus apti,
 Præterquam Raphano coctus & ipse lupus.
 Delectus tamen hic tempus medicaminis extra,
 Tantopere indici non solet vsque dapum.
 Communes terris Medicus vix improbat escas :
 Communesque solent more nocere minus.

Inuenies

Inuenies aliis alia esse neganda putato
 Morbo præsentè aut adueniente prope.
 Nec satis ars docuisse queat satis vsus & ipse,
 Quæ profint obsint huic alii que magis.
 Communes omnes non morbis omnibus artes,
 Quis sine tabescet, deficietque miser.
 Sic aliæ noxæ puerili, aliæque senili
 Debentur, variæ vim variamque tenent.
 Vt natura semel renuit medicaminis vsus
 Accepti, vt proflit non ita vt ante datum:
 Tædia sic obsint ne spiritualia menti,
 Mutari cautè cum ratione queant.
 Si medicos inter sani versantur & ægros.
 Fortiter & cautè prospiciant & agant.
 Si medici sanos inter versentur & ægros
 Fortiter & cautè vulnera cuncta leuent.
 Non tamen in medico semper releuetur vt æger:
 Interdum docta plus valet arte malum:
 Auxiliumque reus speciale à Numine poscat:
 Non expers curæ, siue laboris erit.
 Vt sanguis niger vsus & humor tollitur ante,
 Qui peccans Medicis dicitur atque nocens:
 Sic Duce Presbytero causæ remouentur ab ægro
 Conuictus, fomes, mos malus, atque status.
 Sensim vt sæpe humor, sanguis citiusque recedit;
 Tempore sic fugit haud spirituale pari.
 Vt bene disposito superadditur apta medela:
 Obtritis vitiis sic reualefcet homo.
 Vt frustra in morbis humorem abolere quibusdam
 Niteris (infixus sub cute namque latet)

Sic


Sic aded externis quidam infestantur ab ansis,
 Mutato tantum spes sit vt vna statu.
 Demitur vt frustra tum copia sanguinis ipsis:
 Sic alius frustra his quaeritur arte modus.
 Vt medicus curat seruat, praeseruat itemque:
 Inque animae id fieri nonne salute decet?
 Causaque ne crescat peccans, vt multa verantur:
 Sicut enim à licitis continuuisse iuuat?
 Vt solet & librum Medicus peruoluere totum,
 Dicere iam causas, iamque tacere luis:
 Sic quoque presbytero repetenda scientia, quae fas
 Aptè vti pro hominum conditione decet.
 Si medici praecipua sui neglexerit aeger,
 Quanta sit dignus quaque salute rogo?
 Consilium domini sic spernens atque medelam
 Arbitrio haud sanus fieret ipse suo.
 Siue sacerdotis secreta adiecta medela
 In reprobò linquet te miserande statu.
 Si Medicus fidus nimium differre medelam
 Non volet, an propriam deseret ergo miser?
 Aduersis constat si quae contraria tolli,
 Cur fomes blandis ergo fouetur adhuc?
 Si ne habitus pereat, repetenda exercita saepe,
 (Parte tenax alia largus vt esse solet)
 Si meriti tempus, si occasio deserit omnes,
 Quorsum pes lentus, siue remissa manus?
 Principio vt consueta dari medicamina firmi
 Roboris, aut ipso grata sapore fatis,
 Donec vulgares coctae vulgariter herbæ
 Perficiant reliquas absque nec arte vices:

Sic vires metitus homo fugit ardua nosse
 Sensibus aut oculis, ne capiatur ab his,
 Maturèque cui statui se dedat & arti,
 Vitaque perquirat quo sit alenda modo,
 Ne vel aceruatim vel durius inde grauatus
 Non finem inueniat non mediumque malis.
 Vtque domi quædam clauso validoque medela
 Proderit hæud ventis discutienda vagis,
 Sic de omni vitio scriptura monere videtur
 Esse opus & studiis, esse fugaque tibi.
 Quantumuis sanus per multis vixeris annis,
 Vis tandem morbi est experienda tibi.
 Ne re hominum lateat status hic miserabilis ægri,
 Ne plus quam fueras, aut eris, esse velis.
 Antiochus rediens in se post damna Tyrannus,
 Ah Domino dixit se pariare nefas.
 In lecto Ezechias expectans vltima discit,
 Rex ostentatis se meruisse bonis.
 Cur culpat Medicos vesanus homuncio doctos,
 Spe vitæ absumpta forsan & ære suo?
 Forte vel ariolos ab, consulit: aut quia serum
 In tempus medicam distulit ægeropem?
 Namque ad eò tacito morbus pede non venit vllus,
 Nullo vt pruritu siue dolore fremat.
 Mortalisne status obliuia longa tenello
 Desidiæ obtrusit fumus, honoris, opum?
 Et si mors non est metuenda, sequentia mortem
 Sed metuenda magis, sed metuenda diu.
 Affectus quoniam rationem vincere præccps,
 Hic omni studio mortificandus erit.

Vt nigrum dempsisse iuuat prauumque cruorem,
Vt verti in sanum cum potiore queat:
Sic facilè est scelerum sub mortem pellere virus,
 Vix sensim in sanum vertere praua statum.
Plus nimio est totum prima vice demere nigrum:
 Sic omnis fomes non citò pulsus abit.
Subsidente nigro censent bona sanguine signa.
 Aspice vim quantam tempus & vsus habent.
Mania ceu toto succedit sanguine adusto:
 Sic scelerum sensum denique perdit homo.
Fertur vt alternis medicina iuuare diebus,
 Sic alterna quies & labor omne domat.
Vtque melancholicæ incoctis sæx improba crescit
 Fructibus, atque herbis, atque cibis aliis:
Sic animæ ni quis præbebit edulia sana,
 Non nihil & stomacho commoda facta suo,
Improbitatis ab his & falsi felle remoto,
 Materiam scelerum multiplicare queunt.
Vt moderatè aptum sumi medicamen oportet,
 Seu curet, seruet, præquoque seruet idem:
Affectum grauius ne dum iuuat, vt solet acre,
 In sanas partes, quas reperiret, agat.
Sic modus in sacris est rebus vbique tenendus:
 Pro sanis tandem ne nocumenta parent.
Est obiurgandi modus, est angore leuandi:
 Seruandi, dandique est modus (ista patent)
Templa frequentandi modus est, domibusq; vacandi,
 Est modus in vetitis, in licitisque modus.
Est modus audendi modus est quandoque timendi,
 Temporis vt variat conditioque loci:

Sit quibus utendum rebus, quibus atque fruendum
 In studiis, domibus, vestibus, atque cibus.
 Ne modus inuertat peruersus & omnia turbet,
 Ne recto fiat sine parumque suo,
 An tibi viuendum medice? miserabile, semper.
 Sæpe necesse tamen, vtile sæpe tamen.
 Germanis vtinam tam docti, vsuque probati
 Sint medici, qualis Itala terra tenet,
 Non tantum in pagis aut vrbibus esse periculum
 Aspiceres. Nunquid rarus honor Medicis?
 Quos vis morborum communis vita requirit,
 Artis ne serpat fraus odiosa loco.
 Quos ergo erudit, schola, quos exercuit vsus;
 Fas rudibus sciolisque antetulisse vagis.
 Pæna potest oculos præuisa recludere, claudit
 Improvisa: videt mox styge seque reum:
 Tunc angit gemitus, tunc desperatio plures,
 Tunc qui non solitus vix aperitque luem:
 Tunc alii scrupis perplexam reddere mentem
 Exoptat satanas vique doloque potens.
 Atqui si præfens valde his fuit anxia vita,
 Dante Deo his liber suauiter alter obit.
 Nonnulli mortis sensum timuisse quibusdam
 Plus visæ, mortis quam fera tela pii.
 Quinque solent hominem tunc discruciare tremenda
 Præcunctis quod se uouit amasse magis,
 Conscia mens scelerum, se accusantumque Draconum
 Turma, recedentum transitus Aligerum,
 Iratus Iudex, quem conciliare facultas
 Tanta Sacramentis, muneribusque fuit;

Et reliquis operum formis. Reus ergo malorum
 Tantorum à Domino in tempore quærat opem,
 Vt penitus cor curet egens seque abdicet omni
 Flagitio, mundo, dæmone, carne feris:
 Vt requiem inueniat suprema promptus in hora.
 Et miserum claudat sospite fine statum.



ELEGIA XIV.

De vrbe & eius cultoribus.

Rustica gens quid agit? Plantat, ferit, occat, aratq;
 Nunc defudat opus, nunc requiescit opus:
 Palea frumentis aufertur dite tritura,
 Seruatur muris vrbe vel arce suis.
 Depopulatur agros eruca, & mus minor, atque
 Horrea, tempestas depopulatur agros:
 Deuastat nimium frigus grauis æstus adurit,
 Imber & infringit fortior aura ruens.
 Infelix lolium concrefcit & oplet agellos,
 Hostilis calcat militiæque phalanx,
 Currus, carrus, eques, traha, biga, quadriga, pedestris
 Turba hastis longis fortis, onusta sclopis.
 Arua sed ò vtinam post bellum pace reducta
 Lætitia possint vberiore meti,
 Lætitia sancta muros extraque morante,
 Atque intra villas, prædia, castra, ciomos.
 Nonne plicatiliū salicum munita coronis
 Hinc pometa grauant, inde pyreta solum?

Hic

Hic in quincuncem cernis disposita decorum:

Hic longo cingunt ordine quadra locum.

Hic pulchrè dumeta vides attonsa quotannis.

Hic vincta agricolum terque quaterque manu.

Nonne nuceta alibi circumdant sepi ad instar.

Aut conuexa, suis atque putata comis.

Sensim hic infertis atque excrescentibus illic

Brachiolis, repleant vt caua stirpe locum?

Omnis pæne potest muniri campus & hortus

Arbustorum omni vel genere aut specie,

Seu sibi concrefcent, seu tantum mutua perstent

Seu diuersa forent, vno eademue loco.

Plusne arcent dumeta viam secus omne terentum

Terrigenum passim se pecudumqun genus?

Perpetuæ inducuntur aquæ fossisque tenentur

Pascunt & cingunt pascua, rura, domos.

Irrigat hic vicos riuus deductus in omnes,

Aut desert fordes fonte recentis aquæ.

Nonne tument valli pecudes arcere parati,

Subsidunt fossæ propterea que cauæ?

Hic arbusta vides tantum cedenda calenti

Post annos centum, sexque nouemque foco,

Vendenda indigenis, aut distribuenda seorsim

Aut simul idque suo tempore, more, loco.

Hic excelsa vides, cælo propioraque tantum.

Cuiuscunque forent stirpis, honoris opum:

Quæ specie aut eadem vel sunt diuersa subinde

Commoda structuris, commoda sæpe focis.

Copia quæ maior vel rarior, hoc quoque maius

Exigitur pretium vel minus: ista patent.

Plantandis vt opus foret omnibus, haud vt alatur
 Fastus, vt in reliquis consuluisse velim.
 Contiguæne domus temerè adiunguntur ad ipsa
 Horrea; quæ stabunt e regione magis
 Tutò homini, pecori, messi, varioque labori.
 Directæ ordinibus forsitan & plateæ,
 Vrbs noua si fiat vel muris vndique pagus,
 Aut vallis, foueis aut quoque cinctus aquæ?
 Desertis promptum quod erit regionibus aptè
 Institui multis barbaricisque locis.
 Quadra placet forma his ob propugnacula iuncta,
 Par moles & apex, par larus omne domus.
 Hæc si communi strueret respublica censu
 AERE locanda suis siue labore viris,
 Lege vel indicta, hac vt constet postmodo forma
 Post annum, huic ciuis qui cupit esse loci.
 Vnde retrò in plateas pateat prospectus & arte,
 (Dum iunctum ex omni ster sibi parte latus)
 Consimili ne opifex sibi construet ordine turma,
 Vt numerus præsens vtque futurus auet:
 Vt priuatus & hoc, vt publicus exigit ordo,
 Cælebs atque status connubialis vt hoc
 Distendit taxas species prospectus in auras,
 Collectus mancas in latus ipse facit;
 Vnde ruit præceps homo captus sensibus: in se
 Causa fuit visus quæ reperita sibi:
 Nam dum oculos paries persæpe reflectit in ipsos
 Emissas species, inde stupefcit homo.
 Nonne struunt domibus discreta cubilia celsis
 Coniugibusque suum, cælibibusque suum?

Pœnales leges vbi forte requiris honestas,
 Omnibus excludi barbariemque locis:
 Ad fœra ni spectent animarum talia iura
 Sub pœnâ falsis præcipienda suis.
 Nempe propinquorum si irrisio, nec pudor arceet
 Si præsens, quis sit moribus ergo locus?
 Oppledæne viæ congestis rursus arenis
 Lignis & saxis, cespitibusque cauæ?
 Si desint lateres structuræ saxaque firmæ,
 Vallus humo fiet nonne tenace quadrus?
 (Id facile est cunctis, fierique per otia posset)
 Fossa resistentis quæ cava cingat aquæ.
 Consimilisne intrò struitur grauis ordo domorum
 Pensilis adseruat portaque, ponsque viam?
 Sitne in conspectu pometis & locus hortis,
 Vnum illis aliud seruiat hisce latus?
 Nunquid ager segetum patet vltra fertilis ist hæc?
 Pascua nonne procul, prataque stanne magis?
 Longius à cunctis syluæque nemusque recedunt?
 Vtilia ista nouis num documenta locis?
 Syluestris quibus est stirps extirpata recenter,
 Aut opus est homines cum sociare vagos.
 Quadra solent fieri quoque propugnacula pagis,
 Cum propior pacis fœdesque, quiesque venit.
 Parta quibus pax est mediis quoque perstat eisdem,
 Fortiter aut simili sæpe tuenda modo est.
 Vidimus in bellis oppletos frutice campos,
 Postmodo quem flammis pax rediuiua dedit.
 Vidimus in templis virgultaque nata sub Aris:
 Quæ serò hic, illic sunt reparata citò.

Gleba locis nostris vigili instauratur aratro :
 Fertilis in Turcis quæ sterilefcit agris,
 Cum foret excindi desertum fertile tempus,
 Fit sine consilio haud, lege, vel arte bene hoc.
 Consilio legitur pascendis siue secandis,
 Semineque opplendis certus vbiq; locus,
 Urbibus & pagis & terminus arcibus omni
 In præfectura vel ditione suus,
 Fit priuata graui structuraque publica lege
 Materies domuum formaque & ordo, gradus,
 Et vici & plateæ directæ siue reflexæ,
 Quo schola stet pagi, curia quoque loco,
 Ne loca cauponæ teneant hæc casaque vilis,
 Vnde his contemptus nascitur atque lues.
 Arte strui ac vti instrumenta fabrilia constat :
 Hæc aliis alter commodat, alter emit.
 In commune bonum mola fit ferratilis vndis :
 Et mola quæ vacuat quæ quoque fundit aquas.
 In commune bonum ferræ, instrumentaque prompta
 Seruantur nostris, barbaricisque locis.
 Otia sic possent & inofficiosa domari
 Ingenia haud paucis inualitura locis.
 Gallia vicatim degit Rhenum inter & Alpes
 Olim plus (aiunt) nunc, reor, ergo minus.
 Fortitan in pagos mos, & bellum impulit Vrbes.
 Vicatimne frequens copia degit adhuc?
 Ergo catechesin adit & iuri pigre obedit.
 Constringine magis copia tanta queat?
 Anne ideò terris habitare veratur eisdem
 A Ducibus, soli qui has habitare volunt?

Emun.

Emungunte adeo, vt proprium vix siue parumper
 Permittant, munus non faciantque suum
 In defendendo, ducendo voce, manuque
 Exempli, sacri sintue sacriue minus?
 Cur nisi compulsi non soluunt, suntque bibaces?
 Continuum an fugies calliditate dolum?
 Arte reges facili? perrumpes vim facili vi?
 Exundantne solo visque, dolusque palam?
 Quis suspecta neget creperæ conuiuia turbæ,
 Quæ dederunt strages ebrietate graues?
 Idcirco vrbs tribubus vetuit conuiuia diues,
 (Namque tribus opifex turba vocata mihi)
 Iudicia & vetuit priuata tribulibus aulis:
 Quo que loco duplex arbiter hisce datur:
 Quorum interuentu si non concordia facta,
 Ius graue tunc dicit ipse senatus eis.
 Tunc indicit eis matura silentia posthac;
 Nec nisi multatos ablegat inde domum.
 Vrbs eadem ore probos compescere, verberare prauos.
 Et multis potuit compos adhuc fidei.
 An pergam timidè de ruris dicere iure,
 Cum de animis fari tempus & hora monent?
 Tempus & hora monent quemuis in rure morantem,
 Cauta prospiciat vt ratione sibi,
 Ne quo cuiusquam vel amore, metuue perire,
 Et ruri Numen postposuisse velit,
 Cum parat, ædificat, disponit, plantat, aratque,
 His sibi ne ad Cælos impedimenta paret,
 Ast in vellenda scelerum radice ministrent
 Omnia, virtutum perficiantque gradum.

Spina velut (reor) est non vno condita fine:
 Huic pecus à fossa, sepeque cedit homo:
 Lux oculis seruit surgente cadenteque Sole,
 Qua tibi prospectus, Villice, liber erit,
 Ne sepem, fossam, ne facta repagula castis
 Transeat inuisus moribus atque bonis.
 Ligno pro clatris, ferro potiusve fenestris,
 Et foribus variis conueniente modis.
 Quis penetret vel iners alieno tempore, vel sons,
 Ut bene non male agat tempore quisque suo?
 Sumitur ex primis si coniectura futuri,
 Hac uti ad regimen rure, domique licet.
 Quid faciant homines, qua constringantur & arte,
 Cognitio causa hæc non datur absque graui:
 Siue tuæ ut prosis, alienæ siue salutis,
 Cognitio causa hæc, non aliunde venit.
 Siue domum, terramue regis, constringere clatris,
 Carceribus, valuis, verbere, voce, manu,
 Fossis, & vallis, spinis, murisque, viisque,
 Cautelis poteris pluribus omne scelus.
 Hæc quoque promoueas, quo es pluribus altior vnus
 Comtnus inspiciens, eminus omne iubens.
 Multi (scitur enim) coniurant in scelus ausu,
 Atque dolo: cessant nec quoque sponte sua.
 Nectu (scitur enim) male coniurabis ob ista,
 Nilque data nulli differ amice mora.
 Cum tibi vicino fas conspirare sacrorum
 Præsides, communis præside cumque boni.
 Quo magis est altus, doctus dis, nobilis Heros,
 Mõliti hæc aliis nonne queatque magis?

Ut regat, & se sponte regi sinat ipse, suosque
 Disciplina vsus conueniente graui,
 Ne plebem atque Duces, vt ait Psalmista, probatis
 Moribus exclusos puniat ipse Deus.
 Nonne grege in medio dominatus Nobilis arce
 Zelo ius, & fas temperet omne graui?
 Quae praestare potest gazis & honore grauique
 Nobilitate sua, dexteritate pia:
 Quis seruare potest sua non modo rura colentes,
 Ast quoque coniunctos rure, locisque sibi.
 Nunquid amicitia queat accessuque potentum
 Agricolũm vtrouis rem stabilire statu?



ELEGIA XV.

Par enesis ad Magnates Orbis Christiani.

Admiranda licet rerum natura repetrix
 Viuifica fuerit res fabricata manu,
 Non tamen æquales specie, virtuteque cunctas,
 Sed varias motu, conditione gradu,
 Lilia quis specie pinxit bicoloria tanta
 Tam natiua polo, quam genuia solo?
 Nam sine nil cæli motu consistit & Orbis
 Consensu certis fructificante modis.
 His rationalis regimen non discrepat artis,
 Infima si summis æquiparare licet:
 Cuius ne series vel pondere lance vel erret,
 Vel numero, quibus est conditus ordo Deo,

Munite

Muniit officiis hæc conuenientibus apte,
 Seque inter voluit conciliare pie,
 In sibi propositum pariter disponere finera
 Singula, cuncta suo continuare gradu.
 Vndantise togæ vobis illustre vicissim
 Auxit & ornauit nobilitate Decus?
 Nonne relaxandis animis indulfit honesta
 Otia quantumuis inuidiosa gregi?
 Regius inuitat vates ad Numinis alti
 Vos laudem dignos moribus atque statu,
 Vos primo magni tota cum plebe Monarchæ,
 Quique Dynastarum, qui Comitum atq; Ducum.
 Atque Toparcharum consors vt munus, ita omnes
 Summum, imum, medium nomen habetis ad his,
 Vos vocat ad laudem vates studiosa secutos
 Digna Deo, vestro dignaque facta statu.
 Iudiciumque foro vos qui exercetis vtroque,
 A dextra & læua si remouetis iter,
 Namq; Dei magnum super omnia Nomina Nomen:
 Eius & in cætu laus speciosa pio:
 Prouocat ad Domini vestras præconia voces,
 Et citharas, lituos, cymbala, siftra, tubas.





Epilo-



Epilogus.

Estant in hoc triplici Elegiaco opusculo
 selecta quaedam ad vsum rerum & pie-
 tatis partibus suis vtcunq. distincta, ne con-
 fusione rerum, temporum, & personarum es-
 sent indiscreta, minutissimis distinctiunculis
 carentia, ne his turbida aut mutila appare-
 rent, (licet subinde serie meliore indiga) quae
 in nonnullis antiquis libris variè magis af-
 feclata, quam ad vsum accommoda. Itaque
 vitani (vt & lector vsus & scientiae non ex-
 pers notabit) ne cum haec scripserim non
 thesauris librorum abundantibus, sed desi-
 derio suo pio in hoc genere obiter satisfacere
 optantibus, vitani, inquam, ne essent vel ap-
 parerent Ethnicismis nimis insipida, politio-
 cismis tetrica, haereseos vel imprudentiae
 aspersione inualida, imperfectione mutila,
 author





In nomine domini Amen
 In hoc libro continetur
 descriptio omnium
 animalium quae in
 mundo sunt. Et
 describitur habitus
 et color et forma
 et virtus et visus
 et sonus et odor
 et gustus et tactus
 et motus et quies
 et vita et mors
 et resurrectio
 et iudicium
 et gloria et regnum
 dei in saecula
 amen.